presens, quod coniunctum est principio, non longe factum a suo principio, vetus autem est omne, quod distat seiunctum et longe factum a principio ; patet ergo quod novitas est propria principio, vetustas autem omnis est separacio et distancia ab eodem ; veterascit ergo omne recedens et elongatum a principio, renovatur autem et innovatur accedendo et redeundo ad principium ; et hoc est quod hic dicitur : « IN SE PERMANENS OMNIA INNOVAT ».

Ponderandum autem signanter quod ait : « IN SE PERMANENS ». Permanens enim dicitur quia manet ens, non cadens in preteritum, nec preteriens, quasi preteriens ens. Ait autem : « IN SE », quia non ab alio, sed ex se ipso presens, quasi presto ens, quod utique est ipsius esse ex se ipso, quia esse. Deus autem est esse. Ex premissis igitur patet racio, quia in ipso Deo innovantur omnia et per ipsum : primo quia ipse est principium omnium. Novum autem est quod est propinquum suo principio. Secundo quia ipse est esse ; esse autem non novit preteritum nec futurum, sed tantum presens et presto ens actu ; non ergo in tempore, sed extra tempus est ; tempus autem facit vetus, ut ait PHILOSOPHUS ; coniuncta ergo Deo qui est esse, innovantur omnia. Tercio, quia res proprie est et dicitur nova, quando fit ex nichilo ; non enim domus nova dicitur, si fiat ex lignis, que iam prius fuerunt partes domus; hinc est quod, dicimus eundem ignem, non novum nec alium, quamvis per vices accipiantur alia et alia ligna ; et hoc quidem in natura dicimus eciam quantum ad iura et statuta non esse novam ecclesiam nec pro novo consecrandam, eciamsi omnes partes vicissim mutantur ; racio est, quia semper vetus, si manserit et maius fuerit in se, in suam naturam trahit novum superveniens, sicut patet in mixtione vini et aque. Deus autem et ipse solus producit omnia ex nichilo, non ex alio aliquo, quod prius fuerit, et sic novum est omne opus Dei, sicut hic dicitur, et Apocalyp., XXI [v. 5], « *dixit qui sedebat in trono* », Deus scilicet, « *ecce nova facio omnia* ». Quarta racio est quia vetus est quod longe vel diu est a principio ; ipsi autem

---

2 principio, vetus autem est omne, quod distat se *om* C. — 14 est || in C. — 14 quia || quare C. — 15 Deo *om* E. — 15 innovantur || renovantur C.— 16 *In marg. E :* nota de novo.— 19 et presto ens actu || presto et actu ens C. — 19 in tempore || tempus E.— 23 dicitur *om* C. — 24 domus *om* C. — 29 manserit || mansit C. — 30 in se || in se, et EC. — 31 aque || aqua C.

Deo, ipsi esse, non est quidquam longe, preter ipsum nichil. Quid autem [E = col. 145] tam prope ipsi esse, quod est Deus, quam ens ? Ps. [CXVIII, v. 151] : « *prope es, Domine* ». Quid tam proximum quam ens et esse, quorum nullum est medium ? Sap, VI [v. 20] : « *incorrupcio facit proximum Deo* » ; et hoc est quod Act. XVII [v.27] dicitur: « *non enim longe est ab unoquoque nostrum; in ipso enim vivimus, movemur* [C. 70r-2] *et sumus.* » AUGUSTINUS, super Ps. XXXVI [V. 1-2] : « *quid tibi longum videtur, cito est Deo : subiungere Deo et tibi cito erit* »[1], et super illo verbo : « *accelera ut eruas me, etc.* » [Ps. XXX, v. 3] dicit : « *quod est tibi tardum, in oculis Dei breve est*»[2]; et super illo [Ps. XXXVI, 10] : « *pusillum et non erit peccator* », dicit: «*cito erit quod tibi diu est. Infirmitas facit diu videri quod cito est. Nichil tam diu, quam ut calix sicienti temperetur. Quando fiet ? quando coquitur ? quando dabitur ? Celeritas est in illis qui tibi serviunt, sed infirmitas tua diuturnum putat quod cito agitur.* »[3] Formetur igitur hec quarta racio sic : vetus est quod diu vel longe distat a principio, novum quod prope sive propinquum principio. Nichil autem tam prope Deo, esse scilicet, quam omne ens, et hoc est quod hic de Deo dicitur : « OMNIA INNOVAT. »

Moraliter ergo accipiendo; quo quis plus et plus intensive aut pluribus modis extensive recedit et elongatur affeccione et amore, tanto plus veterascit et peccat, cadit in nichilum. Peccatum enim vere nichil est. Ps. [CXVIII, v. 155] : *longe a peccatoribus salus,* » et AUGUSTINUS invenit se longe esse a Deo [4]. Quid enim tam longe quam esse et nichil, simile et dissimile ? E converso vero, quo quis plus intensive, maxime affeccione et dileccione, ad Deum redit et recurrit, tanto plus renovatur et innovatur ; et hinc est, quod Apostolus nos hortatur, Eph. IV [v. 23] : « *renovamini spiritu mentis vestre et induite novum hominem*

2 prope || proprie *C.* — 8 et sumus *om E.* — 8 super || semper *C.* — 9 quid tibi || quod si *C.* — 10 verbo *om E.* — 11 me etc. *om E.* — 13 dicit || ait *C.* — 17 putat || parat *C.* — 18 quarta *om E.* — 19 vetus || vere tua *C.* — 21 prope Deo || Deo prope *C.* — 23 *In marg. E :* moraliter.

1. *P. L.*, t. XXXVI, col. 357, n° 3.
2. *Ibidem*, col. 234, n° 8.
3. *Ibidem*, col. 361, n° 10.
4. *Ibidem*, col. 1589, sermo XXX, n° 3.

qui secundum Deum creatus est ». Premittit [v. 22] autem « *deponentes veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris* ». Notavi de hoc plenius super eodem verbo ad Ephes. IV.

CAP. VIII

E = col. 145.
C = Fol. 70^{r-2}

§ 1.

ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER ET DISPONIT OMNIA SUAVITER [v. 1].

Illud diffuse valde exponitur. primo : secundum AUGUSTINUM ; *ultimo : ex* HUGONE DE SANCTO-VICTORE ; *in medio autem invenies XX aut amplius raciones, quare omnis actio Dei in creaturis et sui solius, proprie est suavis, et ex qualibet illarum racionum unam exposicionem specialem. Item invenies, quod si aliquid citra Deum utcunque agat suaviter, solum tamen Deus disposuit suaviter. Rursus eciam tercio, ipse solus agit omnia suaviter, non hoc aut istud solum.*
Item invenies differenciam inter dulce, suave : et quomodo fortiter et suaviter differenter hic accipiantur.

« ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER ET DISPONIT OMNIA SUAVITER ». Exponenda sunt primo hec verba, secundum AUGUSTINUM, secundo transcurrenda sunt singula, aliis quibusdam modis exponendo.

A. Ex Sancto Augustino.

Quantum ad primum, AUGUSTINUS[1], *De Libero arbitrio,*

11 illud || istud *E.* — 12 ultimo *dupl. E.* — 16 item *om C.* — 17 Deum || Dominum *C.* — 27 exponendo || excipiendo *C.* — 28 Ex sancto Augustino *om EC.*

1. S. AUGUSTIN, *De libero arbitrio*, lib. II, cap. XI; *P. L.*, t. XXXII, col. 1258, n° 30, 31. Comme il le dit lui-même, Eckhart abrège le texte de s. Augustin.

libro II, capitulo 6, diffuse valde tractat verba ista, que breviando dicamus cum AUGUSTINO, quod « *ea potencia, que formaliter a fine usque ad finem attingit ,numerus dicitur; potencia vero que disponit omnia suaviter, sapiencia proprie iam vocatur, cum sit utrumque unius eiusdemque sapiencie. Sed quia dedit numeros omnibus rebus eciam infimis, sapere autem animis racionalibus tantum, tanquam in eis sibi sedem locaverit, de qua disponit omnia ;* » exemplum huius infra ponit [1] dicens : « *quemadmodum in uno igne consubstancialis, ut ita dicam, sentitur fulgor et calor, nec separari ab invicem possunt ; calor tamen ad ea pervenit, que prope sunt ; fulgor vero longius laciusque diffunditur : sic sapiencia propinquiora fervescunt, sicuti anime racionales ; ea vero que remociora sunt, sicut corpora, non attingit calore sapiendi, sed perfundit lumine numerorum.* » Sic ergo numerus attingit omnia, sed sapiencia disponit omnia. Adhuc autem [2] : « *numerare omnibus eciam stultis concessum est ; sapere vero paucis.* » Numerus attingit omnes a fine usque ad finem ; sapiencia non attingit omnes, sed disponit omnes sive de omnibus. — Rursus [2] tercio : « *facilius possunt homines numerare quam sapere* » ; et propter hoc communius convenit : « ATTINGENS A FINE USQUE AD FINEM » numerus ; sapiencia non sic, sed tamen disponit suaviter. Nam hoc ipso quod difficilius adipiscitur et a paucioribus magis amatur, carior est et suavior. Magis enim amamus, cum habemus quod non est facile sumere, ut ait *Topicus* [4] et Proverb. IX [v. 17] dicitur : « *aque furtive dulciores sunt et panis absconditus suavior* ». Exemplum istorum duorum, scilicet quia difficilius et a paucioribus, ponit AUGUSTINUS [5] de auro quod [C = 70 v-1] plus amant et honorant homines quam lumen lucerne, quia

2 *In marg.E :* Augustinus. — 5 utrumque || utraque *C.* — 9 quemadmodum || quodammodo *E.* — 14 sapiendi || sapidi *C.* — 14 perfundit || profundit *C.* — 17 concessum || commune *C.* — 19 sed disponit omnes *om C.* — 23 tamen || cum *C.* — 28 quia *om C.*

1. *Ibidem*, nº 32.

2. *Ibidem*, nº 31.

3. *Ibidem*, nº 32.

4. ARISTOTE, *Topic.*, lib. III, cap. II, éd. Berlin, 117 b, 29 : « Μᾶλλον γὰρ ἀγαπῶμεν ἔχοντες ἃ μὴ ἔστι ῥᾳδίως λαβεῖν = carior enim nobis est eorum possessio quae non facile acquiri possunt ».

5. S. AUGUSTIN, *De libero arbitrio*, lib, II, cap. XI ; *P. L.*, t. XXXII, col. 1258 nº 32. Eckhart résume ici encore le texte de s. Augustin.

aurum habent pauci et cum labore ; lucerna vero sine labore sibi accendit et mendicus. Ipse eciam AUGUSTINUS de se narrat II *Confess.* [E = col. 146] capit. 4 et 5, quod magis sibi sapiebant poma que furto tulit quam que ultro et in copia, et sine furto habebat [1]. Hoc ex AUGUSTINO.

B. Ex racione.

I. Distinctio inter fortiter et suaviter.

Posset eciam breviter dici et distingui quod « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER » in racione efficientis ; « DISPONIT AUTEM OMNIA SUAVITER » sub racione cause formalis. Ubi notandum est quod omnis accio efficientis gravis est et molesta, nisi ipsi passo conferatur vis aliqua et inprimatur, qua vi cooperetur, formaliter inherente, ipsi suo agenti sive efficienti. « *Violentum enim est, cuius agens est extra, non conferente vim passo,* » ut ait PHILOSOPHUS [2], III *Ethic.*, et tanto disponitur passum et movetur suavius, quanto id quod inprimit efficiens fit passo intimius et forma passi. Et hec est racio, propter quam motus violentus in fine remittitur, naturalis vero in fine intenditur [3]. Natura enim est vis insita rebus [4].

Rursus eciam secunda racio est. Agens enim sive efficiens,

---

5 et *om C.* — 5 sine furto || sine furtu *E.* — 7 I. Distinctio inter fortiter et suaviter *om E C.* — 8 *In marg. E* : 2. exposicio. — 8 breviter *om E.* — 11 accio || actus *C.* — 12 gravis || generis *E.* — 12 et *om E.* — 12 nisi *om C.* — 12 passo *add C* quousque ipsi. — 12 conferatur || conformatur *C.* — 15 conferente || conferens *E C.* — 18 *In marg. E* : nota de motu.

---

1. S. AUGUSTIN, *Confess.*, lib. II, cap. IV, V ; *P. L.*, t. XXXII, col. 678, 679.

2. ARISTOTE, III *Ethic.*, cap. I in fine, 1110 b, 15 : « Ἔοικε δὴ τὸ βίαιον εἶναι οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος = videtur utique violentum esse cujus extrinsecum principium nihil conferente vim passo. » Voir s. THOMAS, *Comm. Ethic.*, lib. III, lect. II ; *Comm. Metaphysic.*, lib. VII, lect. VIII : «...sed habet aliquid de virtute activa ut cooperetur exteriori agenti. Nisi enim aliquid conferret exteriori agenti, esset motus violentus ; violentum enim est, cujus principium est extra, nil conferente vim passo, ut in primo (sic) Ethicorum dicitur. » ; *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XVIII, q. I, a. 2. *Comm. de cœlo et mundo*, lib. III, lect. V ; *De veritate*, q. XIII, a. 1, ad 5um, q. XXII, a. 5 ; a. 9, ad 1um ; q. XXIV, a. 1 ; *Summa Theol.*, Ia. IIae, q. IX, a. 4 ; q. XXXV, a. 6 ; IIa. IIae, q. CLXXV, a. 1.

3. S. THOMAS, *Comm. De cœlo et mundo*, lib. I, lect. XVII : « Motus violentus in principio quidem intenditur, in fine autem remittitur » ; *ibid.*, lib. II, lect. VIII : « Motus violentus intenditur in principio, et remittitur in fine. »

4. Voir plus loin, ch. XII ; p. 327, n. 1.

secundum genus causarum, est causa extrinseca ; forma vero est causa rei intrinseca. Omne autem alienum sive forinsecum ut sic, difficile est et molestum ; intrinsecum vero ut sic, semper est suave ; et hoc est quod hic dicitur, quod « SAPIENCIA ATTINGIT FORTITER », scilicet sub racione efficientis, et « DISPONIT OMNIA SUAVITER », sub racione scilicet formalis influencie intus et ab intus moventis.

Adhuc autem tercio possunt hec duo « *fortiter et suaviter* » sic distingui, ut referatur li « *fortiter* » in Deum, prout ipse est rerum omnium principium, movens omnia ; li « *suaviter* » autem referatur in ipsum, ut est omnium finis. Apocal. I [v. 8] : « *ego sum principium et finis.* » Sic ergo tripliciter distinguitur li « *fortiter* » et li « *suaviter* ».

Notandum autem quod li « *suaviter* » vel suave distinguitur a dulci, secundum MACROBIUM [1] in *Saturnalibus* : « ***Dulce enim est quod cito saciat, nec diuturnam desiderii sui fidem tenet, sed in locum sacietatis succedit horror, sicut est in musto. Suave autem est, cuius dulcedo, quo magis pubescit plus dulce est, sicut est videre in vino ; testis est*** HOMERUS ***qui vocat mel dulce, et vinum suave.*** »

II. PROPRIETATES « FORTITER » ET « SUAVITER ».

Visa distinctione horum duorum *fortiter* et *suaviter*, nunc videnda est proprietas utriusque. Sciendum igitur quod ait « FORTITER » : primo quidem, quia ignis, quanto calefacit longe distancia et plura, tanto est fortior ; quia igitur Sapiencia Deus « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM » ; « ***nec est qui se abscondat a calore eius*** », Psalmo [XVIII, v. 7],

3 difficile || dissimile *C.* — 4 et *om E.* — 8 *In marg. E* : 3. exemplo. — 10 rerum || racio — 12 ego : um *om C.* — 17 sacietatis || saciatis *C.* — 21 Proprietates «fortiter» et « suaviter » *om EC.* — 22 et suaviter *om C.* — 27 abscondat || abscondit *C.* — 27 Psalmo *om E.*

1. MACROBE, *Saturnaliorum Lib.* VII, cap. VII; éd. L. JANUS, Leipzig, 1848, p. 596, n. 16. La citation d'Homère faite ici par Eckhart est aussi empruntée à Macrobe : « Omne quod dulce est cito satiat, nec diuturnam desiderii sui fidem tenet, sed in locum satietatis succedit horror. In musto autem sola dulcedo est, suavitas nulla. Nam vinum, cum in infantia est, dulce ; cum pubescit, magis suave quam dulce est. Esse autem harum duarum rerum distantiam, certe Homerus testis est, qui ait : Μέλιτι γλυκερῷ, καὶ ἡδέϊ οἴνῳ.

Vocavit enim mel dulce, et vinum suave. Mustum igitur cum necdum suave est, sed tantummodo dulce, horrore quedam tantum sumi de se non patitur, quantum sufficiat ebrietati. »



convenienter addit « FORTITER », cum premisisset : « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM », Numer. XVI [v. 22] : « *fortissime Deus Spirituum omnis carnis* ».

Secundo notandum quod ex debilitate agentis contingit quod passum sive motum tardius aut inperfectius finem attingit motus sive passionis ; et ex utroque consurgit amaritudo naturalis in passo et pungna altercacionis inter agens et paciens. Omnia enim citra finem et hunc perfectum, sunt inquieta. Ad hoc igitur utrumque tollendum, scilicet tarditatem motus, et finis inperfeccionem, cum premisisset : « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM », addit : « FORTITER » et postmodum consequenter ait : « DISPONIT OMNIA SUAVITER ». Habita ergo, primo, distinccione inter *fortiter et suaviter* [C = 70^{v-2}] et visa, secundo, proprietate li « *fortiter* », tercio videndum est de li « *suaviter* » : « DISPONIT OMNIA SUAVITER ».

III. DE LI « SUAVITER ».

Sciendum igitur quod accio Dei et ipsius solius in creaturis est suavis propter XXII raciones, et secundum hoc sunt totidem exposiciones eius quod hic dicitur : « DISPONIT OMNIA SUAVITER ».

Primo, suave est, iuxta nomen suum, quod sua vi trahit [1]. Hoc autem solius Dei est, utpote primi agentis et moventis. Primum enim, eo quod primum, sua vi propria movet omnia que post sunt, et nichil posteriorum movet vi sui ipsius, sed vi primi.

Secundo quia movet singula, dando formas et proprietates inclinantes naturaliter, et ob hoc suaviter, in fines suos. Ubi notandum quod habitus in nobis nascuntur ex actibus adhuc difficilibus, et ideo cum labore. Secus de habitu, innato naturaliter, vel a Deo infuso qui laborem nescit, sed parit delectacionem ex conveniencia actus et habitus ;

7 pungna || pungno *C*. — 7 altercacionis || alteracionis *C*. — 9 inquieta || inquisita *C*. — 9 Ad hoc || adhuc *C*. — 11 addit || addidit *C*. — 14 secundo || secunda *C*. — 15 suaviter || swaviter *C*. — 18 in creaturis *om E*. — 19 XXII *om E*. — 22 est *om C*. — 23 utpote || ut *C*. — 23 agentis et moventis || moventis et agentis *C*. — 30 difficilibus || dissimilibus *E C*. *Vide superius*, p. 269. l. 3. — 31 vel a Deo || a Deo vel *C*. — 32 delectacionem || dilectionem *C*.

1. CICÉRON, *De inventione rhetoricae*, lib. II, cap. LII ; éd. MUELLER, Leipzig, Teubner, 1893, P. I, vol. I, p. 229. Voir *Archives*, t. III, p. 434, 442.

propter quod AUGUSTINUS [1], X *Confess.*, loquens Deo ait : « *Da quod iubes et iube quod vis* ».

[E = col. 147.] Tercio, omne agens quanto est superius, tanto agit suavius. Deus autem est agens supremum ; igitur sua et sui solius accio pure est suavis : maior apparet manifeste in motu aque deorsum quem habet a forma propria et proxima, et motu sursum, puta in effluxu maris, quem habet a luna movente superiori [2], et hunc motum habet aqua dulciorem, sursum scilicet, quam deorsum. Argumentum huius, quia hunc, scilicet sursum, habet velociorem, sicut ad sensum apparet. Iterum eciam hoc ipsum videmus in motu orbium planetarum, qui omnes longe velocius moventur ab oriente in occidens motu primi orbis, quam ab occidente in oriens, quem motum habent a motoribus propriis. Adhuc autem et inter hos orbes, quanto quis vicinior primo mobili et per consequens nobilior, tanto plus habet de motu primi mobilis et minus de motu proprio. Verbi gracia: spera Saturni suprema motu proprio complet numero 30 annorum quod motu primi mobilis complet uno quolibet die. Luna vero, utpote infima et distancior, complet uno mense motu proprio, quod transit motu primi orbis uno die. Habes igitur quod movens quanto est prius et superius, tanto movet velocius et suavius; et per consequens habes eciam in exemplo, quia et quare luna plus habet de motu proprio et minus de motu primi mobilis, quam Saturnus ; orbis enim lune peragit multo minus spacium eodem tempore, uno scilicet die, quo orbis Saturni peragit spacium sui orbis, quod longe valde et notabiliter maius est [3].

---

1 *In marg. E :* Augustinus. — 1 propter quod *add E* dicit. — 3 *In marg. E* 3. exposicio. — 3 quanto ‖ quo *C.* — 5 *In marg. E:* nota. — 8 superiori ‖ a superiori *E.* — 11 hoc *om C.* — 14 quem ‖ quam *C.* — 14 propriis *add C* et proximis. — 17 mobilis *om E.* — 20 et ‖ ut *E.* — 21 Habes ‖ habens *C.* — 23 et *om E.* — 23 habes *om C.* — 24 plus ‖ minus *E.* — 24 minus ‖ plus *E.* — 27 valde ‖ vadit *E.*

---

1. S. AUGUSTIN, X *Confess.*, cap. XXIX ; *P. L.*, t. XXXII, col. 796, n° 40 : « Da quod jubes, et jube quod vis. » — Voir aussi, *ibid.*, lib. X, cap. XXXVII ; *P. L.*, *ibid.*, col. 804, n° 60.

2. S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. C V, a. 6, ad 1um ; *De potentia*, q. I, a. 3, ad 1um.

3. Eckhart reproduit ici les doctrines physiques aristotéliciennes. Voir en particulier, s. THOMAS, *Comm. De cœlo et mundo*, lib. II, lect. XV : « Supponimus enim, tanquam sensu apparens, quod suprema coeli circulatio sit *simplex*, id est non composita ex pluribus motibus, quia in ea nulla irregularitas apparet : et est velocissima, utpote quae in brevissimo tempore, scilicet spatio unius diei, circuit



Quarto [1] sciendum quod res omnis in sui principio semper virescit, et in fine omnis res semper quiescit. « *Deus autem est primus et novissimus* », Ysa. [XLI, v. 4 ; XLI, v. 6] ; « *principium et finis* », Apocal. I [v. 8], et constat quod ipse semper [2] coniunctus est suo operi [3] : omne ergo opus Dei in creatura semper est in suo principio, semper in fine, et sic dulce et suave, utpote in virore et quiete, sine motu, sine labore ; et hoc est quod hic dicitur : « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER ET DISPONIT OMNIA SUAVITER. »

Quinto sic : omnis amaritudo, inquietudo, pungna et

---

1 *In marg. E.* : 4ª exposicio. — 10 *In marg. E.* : 5ª exposicio. — 10 pungna ǀ pugna *C.*

---

maximum circulum continentem totum. Circulationes autem planetarum sunt et tardiores et plures ; non solum quia diversorum planetarum diversi sunt motus, sed etiam quia motus uniuscujusque planetae ex diversis motibus constituitur. Unusquisque enim planetarum, secundum proprium motum in suo circulo, fertur in contrarium motus primi caeli, accipiendo contrarietatem (non enim in motibus circularibus propria est contrarietas...) : cum enim motus primi caeli it ab oriente in occidentem, motus planetarum in propris circulis sunt ab occidente in orientem. Unde rationabile est quod planeta qui est propinquissimus simplici et primae circulationi, contra quam fertur in suo circulo, in plurimo tempore pertranseat proprium circulum ; sicut saturnus in triginta annis suum circulum peragit. Planeta autem maxime distans a suprema sphaera, scilicet luna, in minimo tempore peragit circulum suum, scilicet in spatio unius mensis, vel etiamin minori. Inter alios autem planetas, propinquior supremae sphaerae semper in majori tempore circulum suum pertransit, sicut Jupiter in duodecim annis, Mars in duobus, Venus, Mercurius et Sol fere in anno. Et sic illud quod magis distat a suprema sphaera, in minori tempore pertransit suum circulum : quia prima sphaera maxime praevalet planetae sibi propinquissimo, et ex hoc motus contrarius fit tardior ; planetae autem maxime distanti minime praevalet, propter ejus distantiam, et ideo motus contrarius in eo est velocior, scilicet in luna... Sed quantum ad motum quo moventur motu primi mobilis, quanto sunt superiores, tanto velociores sunt ». Voir aussi, *ibid.*, lect. XI.

1. Maître Eckhart développe ainsi sa quatrième preuve : toute chose prend sa force dans son principe et se repose dans sa fin. (Le terme *fortiter*, employé dans le verset de la *Sagesse*, commenté ici, s'applique au principe ; et le terme *suaviter*, à la fin). Or Dieu est principe et fin de toutes choses, toujours à son œuvre. Donc l'action de Dieu, dans les créatures, est toujours unie à son principe, toujours unie à sa fin. Par conséquent, comme le dit la *Sagesse*, l'action de Dieu est forte et suave. Elle est forte parce qu'elle est inséparable de son principe, d'où elle tire sa force ; elle est suave, parce qu'elle conduit toute chose à sa fin, c'est-à-dire à son repos.

2. L'action de Dieu doit nécessairement s'exercer d'une façon constante. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. CIV, a. 1. — Voir aussi *ibid.*, q. IX, a. 2 ; *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. XXXVII, q. I, a. 1 ; lib. II, Dist. I, q. I, a. 5 ; *De potentia*, q. III, a. 17, 3 obj. ; q. V, a. 1.

3. Non seulement, l'action de Dieu est constante, mais elle est encore immédiate. Elle est immédiate, vis à vis de l'être en général, c'est à dire dans la création. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XLV, a. 5. — Elle est encore immédiate, s'il s'agit de la conservation générale des réalités créées dans l'être ; ce qui n'exclut pas d'ailleurs une certaine part d'activité des causes secondes. Voir s. THOMAS,

dissonancia sive displicencia, est in medio, propter quod alteracio motus est et in tempore ; generacio vero non est motus, nec in tempore, sed est terminus et finis motus [1] ; accio autem Dei inmediatissima est rebus, ex prima pro-

---

2 alteracio || altercacio *E*. — 2 non || nec *C*. — 4 proposicione *om C*.

Summa Theol., I P., q. CIV, a. 2. Dans la réponse à la première objection, s. THOMAS s'exprime ainsi : « Deus immediate omnia creavit ; sed in ipsa rerum creatione ordinem in rebus instituit, ut quaedam ab aliis dependerent, per quas secundario conservarentur in esse ; praesupposita tamen principali conservatione, quae est ab ipso. »

1. Maître Eckhart compare ici l'*alteratio*, et la *generatio*.

A. « Alteracio motus est, et in tempore ».

1. « Alteracio motus est ». Voir s. THOMAS, *Comm. Physic.*, lib. III, lect. II.

2. « Alteracio est in tempore ». Voir s. THOMAS, *Comm. Sentent.*, lib. II, Dist. XIII, q. I, a. 3, ad 9um : « Successio quae est in alia ratione aliarum qualitatum contingit ex hoc, quod in patiente est qualitas contraria quae resistit actioni alterantis, quam oportet successive expelli. »

B. « Generatio non est motus, nec in tempore ».

1. « Generatio non est motus ». Voir s. THOMAS, *Comm. Physic*, lib., V, lect. III ; *De veritate*, q. XXVI, a. 1 : « In generatione autem et corruptione non est motus nec contrarietas, nisi ratione alterationis praecedentis. »

2. « Generatio non est in tempore ». Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, Ia IIae, q. CXIII, a. 7 ; *De veritate*. q. XXVIII, a. 9. Dans ce dernier article, s. Thomas apporte de multiples précisions, en comparant l'altération et la génération ; «... Sciendum est, quod quanto dicitur aliqua mutatio esse in instanti, non intelligitur quod duo termini ejus sint in instanti : hoc enim est impossibile, cum omnis mutatio sit inter terminos oppositos, per se loquendo ; sed intelligitur quod transitus de uno termino in alium est in instanti ; quod quidem in aliquibus oppositis contingit, in aliquibus non contingit. Quando enim inter terminos motus est accipere aliquod medium, oportet quod transitus de uno termino in alium sit successivus, quia medium est in quod primo mutatur quod movetur continue, quam in ultimum, ut patet per Philosophum in V Phys. ; et intelligo medium per qualemcumque distantiam ab extremis, sive sit distantia in situ, sicut in motu locali ; sive sit distantia secundum rationem quantitatis, sicut in motu augmenti et diminutionis ; sive secundum rationem formae, ut in alteratione... Quando vero inter duos terminos mutationes vel motus potest esse medium aliquo praedictorum modorum tunc transitus de uno termino in alterum non est in tempore, sed in instanti... Sic igitur accipiendo hujusmodi mutationes secundum proprios terminos, per se loquendo, oportet eas esse instantaneas et non in tempore : sicut est illuminatio, generatio et corruptio, et alia hujusmodi. » Voir aussi *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. XXXVII, q. IV, a. 3 ; lib. II, Dist. V, q. II, a. 1 : « Cum enim generatio sit terminus alterationis, oportet in eodem instanti alterationem terminari ad dispositionem quae est necessitans, et generationem ad formam substantialem. Sed quia alteratio est motus continuus, ideo principium alterationis et medium quo materia disponitur ad formam substantialem, tempore praecedunt introductionem formae substantialis. »

posicione *De Causis* [1]. Primo siquidem advenit et ultimo recedit ; hoc est ergo quod hic dicitur : « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER ». Agens enim per medium, puta alterans, non attingit a fine, sed nec est in fine, sed tenet se in medio. [C = 71^{r-1}] Ipsum eciam alteratum in toto medio tempore alteracionis nec est in fine a quo, nec in fine ad quem. Quod enim dealbatur, nec nigrum proprie est, nec album ; sed est medium, propter quod displicet et abicitur alteracione ; et inquietum est quousque generans ipsum finem attingat, et quiescat, et dulcescat in fine [2]. Et hoc est quod hic dicitur : « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER ET DISPONIT OMNIA SUAVITER [3]. »

Sexto sic : omnis effectus Dei in creatura est esse, ut prius dictum est super illo : « *creavit ut essent omnia* » ; esse autem semper dulce est et suave. Probacio : omnis enim amaritudo et displicencia semper et solum est ex absencia alicuius esse quod amatur ut suave et dulce [4].

---

3 fortiter *om E.* — 6 medio tempore || tempore medio *C.* — 6 a quo, nec in fine *om C per homotel.* — 7 nigrum proprie est || niger est ipse proprie *C.* — 12 fortiter...suaviter || etc *C.* — 13 *In marg. E* : 6. — 17 ut || et *C.*

---

1. Cette formule ne se trouve pas littéralement dans le *De causis* ; mais l'idée est bien celle qui est développée dans la I° Prop.; éd. O. BARDENHEWER. p. 163 : « Omnis causa primaria plus est influens super causatum suum quam causa universalis secunda » ; « causa universalis prima agit in causatum causae secundae antequam agat in ipsum causa universalis secunda, quae sequitur ipsam. »

2. La génération est le terme du mouvement qu'est l'altération. Étant un mouvement, l'altération a un commencement, un milieu, et une fin, un début, des intermédiaires, un arrêt. Au terme de ce mouvement, nous avons un nouvel être en acte ; mais *in medio*, au milieu, nous n'avons qu'un état transitoire : l'être n'est plus ce qu'il était au principe de son mouvement, et vant son évolution ; il n'est pas encore ce qu'il sera au teme de son dévelopem ent, à l'arrêt de son mouvement. Le tableau noir qu'on blanchit, n'est déjà plus si noir et il n'est pas encore blanc ; il est dans un état intermédiaire, de mobilité, et pour ainsi dire d'indécision, et d'inquiétude. L'inquiétude en effet, in-quies, est l'état d'un être qui n'a pas encore atteint sa fin ; c'est l'acheminement de la puissance à l'acte.

3. La cinquième preuve de maître Eckhart est facilement intelligible, après les explications que nous venons de donner. Elle peut se formuler ainsi : dans toute action qui suppose un intermédiaire, il y a une certaine inquiétude : dans cet état intermédiaire en effet, l'être n'est pas ce qu'il était et il n'est pas encore ce qu'il sera. Par contre, toute action qui se fait *in instanti*, sans intermédiaire, exclut cet état d'inquiétude. C'est une action suave et douce. Or, tel est le cas de l'action divine. Et la *Sagesse* a raison de dire : « Disponit omnia suaviter. »

4. Cette nouvelle preuve est un corollaire de la démonstration précédente : l'action de Dieu est une action douce. En effet, l'effet de l'action de Dieu, comme Eckhart le répète souvent, est l'être. Or l'être est toujours doux et suave : esse autem semper dulce est et suave. Donc l'action de Dieu est douce et suave. Eckhart prouve ainsi la mineure : l'inquiétude provient toujours, comme on l'a vu plus haut, n. 2,

Septimo sic : esse, et ipsum solum, est quod sua vi trahit [1]. Esse autem et omne et omnium est a Deo et ab ipso solo. Igitur Deus et ipse solus omne quod agit et operatur, disponit suaviter. Maior probatur ex AVICENNA [2], VIII *Metaph.* cap. VI, ubi sic ait : « *id quod desiderat omnis res est esse et perfeccio esse inquantum est esse* ». et infra : « *id quod vere desideratur est esse* ». Patet eciam luculenter ex BOETHIO [3], *De consol.*, lib. III, ubi bonum et unum reducit ad esse, utpote ad primum et optimum. Racio est : nec enim potencia, nec sapiencia, nec quidquam aliud, universaliter amatur aut queritur ; nec quidquam valet, sed nec est sine esse ; tolle esse : non plus habet celum quam musca. Minor apparet : necesse est enim esse, utpote primum rerum creatarum, reduci in causam primam, Deum scilicet [4].

Octavo sic : bonum, ut bonum, semper dulce est, amatum et suave, et inpossibile est quod quidquam ametur *nisi bonum vel apparens bonum* [5]. Nemo enim ad malum aspi-

1 *In marg. E* : 7. — 3 et operatur || sive operatur *C.* — 6 est esse || est omne *C* — 7 vere || vero *C.* — 10 universaliter... valet, *om C. per homotel., id est propter confusionem inter vir (universaliter) valz (valet).* — 13 creatarum || creaturarum — 14 primam. *In E* a *expunct.* — 15 *In marg. E :* 8.— 17 ut bonum || ut suave *C*

d'une absence ou d'une privation d'être. L'inquiétude s'oppose donc à l'être : elle naît, de son absence ; elle disparaît par sa présence. Chassant l'inquiétude, l'être est donc toujours « dulce et suave ». Comme on le voit, maître Eckhart est amené par ses raisonnements à placer la douceur et la suavité parmi les trancendentaux, c'est à dire parmi les qualités nécessaires de l'être.

1. CICÉRON, *De inventione rhetoricae*, lib. II, cap. LII ; éd. C. F. W., MUELLER, Leipzig, Teubner, 1893, P. I, vol. I, p. 229. Voir plus haut, p. 270, n. 1.

2. AVICENNE, *Metaphys.*, tr. VIII, cap. VI ; éd. Venise, fol. 100r-1.

3. BOÈCE, *De consolatione philosophiae*, lib. III, Pros. X, XI ; *P. L.*, t. LXIII, col. 763 sq.

4. Maître Eckhart développe ainsi sa septième preuve :

a) L'être, seul attire par sa propre force; c'est à dire, en d'autres termes, l'être seul, est objet de complaisance, seul, il apporte une véritable satisfaction au désir foncier. Eckhart le prouve d'abord par deux autorités : Avicenne et Boèce. Il en donne ensuite une preuve proprement rationnelle : on ne peut aimer que l'être : c'est donc que l'être seul est objet de complaisance. On n'aime en effet, ni la puissance, ni la sagesse pour elles-mêmes, mais pour l'être qu'elles apportent. Sans l'être, tout est sans valeur ; sans l'être, le ciel, n'est pas plus qu'une mouche.

b) Or c'est Dieu et lui seul qui crée l'être, tout l'être et l'être de tous. C'est une doctrine classique, exposée maintes fois par Eckhart.

c) Donc Dieu et lui seul produit ce qui attire par sa propre force, c'est à dire l'être, unique objet de nos désirs et de nos complaisances. Par conséquent, il est juste de dire, en parlant de Dieu et de Lui seul : « Disponit omnia suaviter. »

5. ARISTOTE, *Physic.*, lib. II, cap. III, 195 a, 25 : « Διαφερέτω δὲ μηδὲν εἰπεῖν

ciens operatur quod operatur, ut DYONISIUS dicit [1]; sed bonum hoc, aut bonum hoc, potest esse amarum, inquantum unum hoc excludit aliud hoc. Ps. [LXXIV, v. 9] : « *inclinavit ex hoc in hoc* » et sequitur : « *fex eius non est exinanita* ». Fex amaritudo est. Res autem omnis ex ordine in Deum, utpote finem ultimum, est bonum absolute ; ex ordine autem ad aliquid aliud citra finem ultimum, est bonum hoc aut hoc. Bonum igitur Deus, utpote finis ultimus, et ipse solus disponit omnia suaviter ; et hoc est quod hic dicitur : « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM » ; et propter hoc sequitur : « DISPONIT OMNIA SUAVITER [2] ».

[E = col. 148] Nono sic : Omne quod Deus in creatura agit ipsum est natura rei. Eph. I [v. 11] : « *operatur omnia secundum consilia voluntatis sue* » ; Ps. [CXXXIV, v. 6] : « *omnia, quecumque voluit, dominus fecit in celo et in terra* » ; et HYLARIUS [3] dicit in libro *De Synodis* : « *omnibus crea-*

---

1 dicit ‖ ait *C*. — 2 aut bonum *om C* bonum. — 4 est *om C*. — 6 bonum ‖ bona *C*. — 7 finem *add C* et. — 10 a fine usque ad finem ‖ etc. *C*. — 12 *In marg. E* : 9. — 12 in creatura agit ‖ agit in creatura *C*. — 14 consilia ‖ consilium *E*. — 14 sue *om C*. — 15 dominus *om E*. — 16 synodis ‖ synodo *C*.

αὐτὸ ἀγαθὸν ἢ φαινόμενον ἀγαθόν = Differt autem nihil eandem dicere bonam, vel videre bonam. »...S. THOMAS, *Comm. Physic.*, lib. II, cap. III, lect. V in fine ; *De malo*, q. III, a. 12 ; *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. XLVI, q. I, a. 2, ad 2um ; *Summa Theol.*, Ia - IIae, q. VIII, a. 1.

1. PSEUDO-DENYS, *De divinis nominibus*, cap. VI : « Οὐδὲν γὰρ, εἰς τὴν τοῦ κακοῦ φύσιν ἀποβλέπον, ποιεῖ ἃ ποιεῖ » ; *P. G.*, t. III, col. 716 C. La version de SCOT ERIGÈNE dit : « Neque in mali naturam respiciens facit quae facit. » ; *P. L.*, t. CXXII, col. 1138 B. Celle de SARRAZIN : « Nichil enim ad mali naturam respiciens facit quae facit. » ; *Opera Dionysii Carthus.*, Tournai 1902, t. XV, p. 368, l. 47. — THOMAS GALLUS traduit « Nihil enim facit aliquis respiciens ad naturam mali. » ; *Ibid.*, p. 207 A, l. 48 : J. DURANTEL, *Saint Thomas et le Pseudo-Denis*, Paris, 1919, p. 171, n° 121, fait remarquer que dans la vingtaine de citations qu'il fait de ce texte, s. Thomas a toujours employé, au lieu du terme *facere* que l'on trouve chez Scot et Sarrazin, le terme plus technique : *operari*. Remarquons que maître Eckhart se sert, lui aussi de ce dernier terme.

2. Eckhart construit ainsi sa huitième preuve.

a) Le bien, comme bien, est toujours doux, aimé et suave. Le mal n'a pas cette qualité. Quand nous voulons le mal, c'est que le mal nous apparaît comme un bien : bonum apparens (Aristote) ; personne en effet, n'agit en vue d'un mal (Denys).

b) Mais le bien particulier n'est pas nécessairement doux et suave. Il est, pour employer l'expression d'Eckhart, mélangé d'amertume ; en ce sens que par sa limite, le bien particulier exclut d'autres biens.

c) Or Dieu seul est fin ultime de tout être. Lui seul par conséquent possède les qualités du bien absolu, que ne possèdent pas les biens particuliers.

3. S. HILAIRE, *Liber de Synodis, Fides secundum Orientis Synodum*, cap. XXIV : *P. L.*, t. X, col. 520, n° 58.

turis substanciam Dei voluntas attulit ». Quod autem voluntate agitur, tale est quale ipsum esse vult is qui agit illud ; voluntas enim non est determinata ad unum aliquod esse, sed « *potestates racionales sunt ad opposita* », sicut dicit ARISTOTELES [1] ; et hoc est quod Rom. IX [v. 21] dicitur : « *habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam* » ; Eccli. XXXIII [v. 13] : « *quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare illud et disponere* » ; et IEREM. XVIII de hoc manifeste habetur. Sicut enim in nobis bonitas voluntatis est a bonitate rerum, sic e contrario bonitas rerum descendit a bonitate Dei, tanquam artificis. Resumendo racionem dicatur sic : naturale est rebus creatis omnibus et singulis omne quod Deus vult operari et operatur in illis ; sed omne quod naturale est rebus, dulce est eis et suave ; igitur sicut hic dicitur : « SAPIENCIA DEUS DISPONIT OMNIA SUAVITER ». Minor probatur et confirmatur, primo : quia « *delectacio est constitucio rei in id quod convenit ipsi secundum naturam* », ut ait PHILOSOPHUS [2], I *Rethorice*. Adhuc autem patet ex hoc quod motus naturalis in fine intenditur ; violentus autem et qui contra naturam, e contrario, in fine remittitur [3]. Tercio patet idem [C. 71 r-2] in aqua calefacta que absque agente

3 esse *om E.* — 4 opposita ‖ oppositum *C.* — 6 figulus ‖ figulis *C.* — 12 resumendo *add C* ergo. — 13 est ‖ et *C.* — 14 sed ‖ et *C.* — 19 quod ‖ quia *C.* — 20 intenditur ‖ incenditur *C.*

1. ARISTOTE, *Metaphys.*, lib. VIII, cap. II, 1046 b, 4 : « καὶ αἱ μὲν μετὰ λόγου πᾶσαι τῶν ἐναντίων αἱ αὐταί = et quae (potentiae) quidem cum ratione, omnes contrariorum sunt eaedem. ». Voir s. THOMAS, *Comm. Metaphys.*, lib. IX, lect. II. Voir aussi *ibid*, lib. V, lect. XII ; *De veritate*, q. XXII, a. 5, 5e sed contra : « Potestates rationales se habent ad opposita. » ;q. XXIII, a. 1, ad 9um; q. XXVI, a. 3; *De malo*, q. VI, 2c sed contra ; *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. VII, q. I, a. 1, ad 1um ; lib. IV, Dist. XLIX, q. I, a. 3, q. 2, ad 1um ; *Summa Theol.*, I P., q. LXII, a. 8 ; q. LXXXIX, a. 12 ; Ia - IIae, q. VIII, a. 3, q. 2, ad 1um ; q. X a. 2, sed contra. Dans le procès de 1326, voir P. G. THÉRY, *Archives*, t. I, p. 225, no 21, Eckhart cite encore ce texte. Nous avons lu primitivement : *Proprietates*. Il faut lire très probablement : *potestates* : « Potestates autem rationales sunt ad opposita. »

2. ARISTOTE, *Rhetor*. I,ca p. XI, 1369 b, 33 : « ὑποκείσθω δ'ἡμιν εἶναι τὴν ἡδονὴν κίνησίν τινα τῆς ψυχῆς καὶ κατάστασιν ἀθρόαν καὶ αἰσθητὴν εἰς τὴν ὑπάρχουσαν φύσιν = Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, Ia - IIae, q. XXXI, a. 1 : « Nam, sicut Philosophus dicit in I *Rhetoric.*, delectatio est quidam motus animae, et constitutio simul tota et sensibilis in naturam existentem. ». Cet article de s. Thomas n'est qu'un commentaire du texte cité d'Aristote.

3. Voir s. THOMAS, *Comm. de coelo et mundo*, lib. I, lect. XVII ; lib. II, lect. VIII. Voir *Archives*, t. III, p. 375, n. 4. Voir plus haut, p, 268, n. 3.

per se recurrit ad frigiditatem sibi naturalem ; et ORACIUS ait [1] : « *naturam furca expellas, cum usque recurrit* [2] ».

Decimo sic : omnis dissidencia, contrarietas, labor et amaritudo operacionis est in medio, ut dictum est supra [3] ; sed omnis accio Dei, utpote conferens esse post non esse [4], caret medio. Inter ens enim et non ens non est dare medium [5] ; ergo omne quod Deus agit, agit et disponit suaviter, ut hic dicitur [6].

Undecimo sic : omne agens intendit se alterum ; et quousque ad hoc attingat, labor est ; et gravis et amara omnis dissimilitudo et inperfeccio, quam dat. Si daret se ipsum alterum primo, omnium accio esset suavis hinc inde, agenti scilicet et pacienti, nec esset inter ipsos pungne amaritudo, sed dulcedo et suavitas. Deus autem dat se ipsum in omni accione ; igitur ipse disponit omnia suaviter, ut hic dicitur,

2 furca || furcam *E*. — 3 *In marg. E* : ·X· exposicio. — 3 dissidencia || dissedencia *C*. — 4 operacionis est in medio || in medio operacionis *C*. — 7 ergo || igitur *C*. — 9 *In marg. E* : ·XI· — 9 omne agens || agens omne *C*. — 11 quam || quod *C* ; *om E*. — 11 dat *om E*. — 14 ipsum *add C* primo.

1. HORACE, *Epistol.*, lib. I, *Epist.* X, ad Fuscum Aristium, n° 24 : « Naturam expellas furca, tamen usque recurret. » Nous avons conservé la lecture *cum* donnée par *E C*.

2. Pour comprendre exactement la portée de cette neuvième preuve, il faut en lire d'abord le résumé qu'en donne maître Eckhart lui-même : Est naturel aux choses créées tout ce que Dieu veut opérer et opère en elles. Mais tout ce qui est naturel est doux et suave. En effet, qu'est-ce que la délectation, si ce n'est le repos en ce qui est conforme à la nature? Par conséquent, Dieu opère avec suavité; avec les natures, il crée ce qui leur est doux et suave. Le développement qui précède cette preuve énoncée en syllogisme, est moins clair à première vue, mais se comprend par les explications même d'Eckhart qu'on vient de lire. Cet argument repose en dernière analyse sur la conversibilité des trancendentaux, de l'être et du bien, et aboutit à un optimisme profond, fondé sur l'estime des natures.

3. Voir page 274, n° 1, 2.

4. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XLV, a. 1 ; etc...

5. S. THOMAS, *Comm. Metaphys.*, lib. X, lect. IX, expose longuement cette théorie des intermédiaires. Nous y lisons entre autres : « Inter opposita in contradictione nullo modo potest esse medium. Contradictio enim est oppositio, cujus altera pars ex necessitate adest cuicumque subjecto, sive sit ens, sive non ens. De quolibet enim ente vel non ente necesse est dicere quod sedet vel non sedet. Et sic patet quod contradictio non habet medium. ».

6. Cette dixième preuve repose sur des notions expliquées plus haut, par Eckhart : dans toute action qui suppose un intermédiaire, il y a une certaine inquiétude et douleur. Mais dans l'action de Dieu, c'est-à-dire dans l'acte créateur, il n'y a point d'intermédiaire. En effet il ne peut y avoir d'intermédiaire entre l'être et le non-être. Donc Dieu agit sans cette sorte d'inquiétude et de contrariété. Son action est donc douce et suave.

et « *requiescit ab omni opere* », sicut dicitur Gen. I [cap. II, v. 2]. Ipsum enim operari suave est et quies [1].

Duodecimo sic : omnis accio Dei est ex nichilo. Racio est quia ante esse nichil est, nisi nichil. Accio autem Dei et effectus sibi proprius est ipsum esse rerum. Supra primo : *creavit, ut essent omnia* »[2]; sed illa operacio, et ipsa sola, dulcis est et suavis, in qua aliquid confertur et nichil aufertur. Dulcissima vero et suavissima, in qua et per quam confertur optimum et radix sive medulla ipsa omnis boni, et in qua et per quam aufertur omne malum, fermentum, amaritudo et fex omnis boni et radix ipsa omnis mali ; sed omnis operacio Dei in creatura est collacio esse ex nichilo ; esse autem radix est et perfeccio omnis boni, ut supra dictum est ; nichil autem ipsum, utpote contradictorium ipsius esse, radix est consequenter omnis mali universaliter ; propter quod Ierem. II [v. 19] dicitur: «*scito et vide, quia malum et amarum est reliquisse te Dominum*». Certe *malum*, quia relinquens Deum, privatur omni bono ; *amarum*, quia subicitur consequenter omni malo. Formetur igitur breviter racio : suavis est omnis accio in qua bonum confertur, et nullum bonum aufertur, sed talis est accio Dei in creatura, ut dictum est. Igitur, sicut hic dicitur, « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM », id est a non esse et nichilo ad ipsum esse, et « DISPONIT OMNIA SUAVITER » [3]. Ubi notandum quod

---

3 *In marg. E* : XII | — 3 accio || actus *E*. — 3 racio est *om C* est. — 5 primo *om E*. — 15 consequenter | cōm *E*. — 21 est accio || accio est *E*. — 23 id est... ad ipsum esse *om C*.

---

1. L'action de Dieu est en effet une action sans mouvement (S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. CIV, a. 1, ad 4um, etc, etc.). Or le mouvement (*motus*) et le repos (*quies*) s'opposent, II *Sent.*, Dist. XV, q. III, a. 2 : « ...quies proprie loquendo motui opponitur. Quia vero motus causat laborem in operationibus nostris, ut dicit Philosophus, I *Cœli et Mundi*, et XII *Metaphys.*, text. 51; inde consecutum est, ut quies labori opponatur. » Voir aussi I P., q. LXXIII, a. 2, Donc l'action de Dieu est une action dans le repos.

2. *Archives*, t. III, p. 338.

3. Nous avons déjà rencontré maintes fois les différentes notions qui forment cette douzième preuve, et aussi certaines confusions. Toute action de Dieu, dit Eckhart, procède du néant (voir sur le sens de la proposition *ex*, s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XLV, a. 1, ad 3um). Avant l'être, en effet, il n'y a rien ; et cette action divine a comme effet propre l'être même. Eckhart renvoie à sa dissertation sur ce texte : *Creavit enim Deus ut essent omnia*, *Archives*, t. III, p. 338 sq. Jusqu'ici nous sommes en pleine métaphysique thomiste. Voici maintenant les déductions de l'esprit inventif d'Eckhart : est douce et suave toute action et seulement celle-là, qui donne quelque chose et n'enlève rien — nichil aufertur.



qui avaro daret 2 M^r [1] et auferret ipsi obolum, esset quidem ipsi dulcis collacio ; sed certe, quia avarus, esset ipsi molesta et amara oboli ablacio. Avarus enim eciam obolo eget, ut ait IERONYMUS [2]. Sic est de accione agentis omnis citra Deum, omnis operantis hoc scilicet ex hoc. Conferens enim unum hoc bonum, aufert aliud bonum hoc. Non sic de Deo, operante non ex hoc aut ex hoc, sed ex nichilo ; et hoc est quod hic dicitur : « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM » ; finis enim a quo semper est non ens, finis autem ad quem, semper est ens, in Deo quidem et eius operacione ens et non ens simpliciter ; in hiis autem agentibus, que citra sunt, fines sunt ens hoc et non ens : hoc determinatum. Propter hoc agencia citra Deum non attingunt simpliciter a fine, sed a fine hoc, nec attingunt ad finem simpliciter, sed ad finem hunc. Sed hoc est proprium Deo, utpote requirens potenciam infinitam, attingere a fine simpliciter, qui est non ens vel nichil, et

1 2 || X *C*. — 1 auferret || auferri *C*. — 1 quidem || quid de *C*. — 2 molesta || molesti *C*. — 4 agentis omnis || omnis agentis *C*. — 4 Deum, omnis *om C* omnis. — 5 operantis || operantem *C*. — 5 scilicet || enim *E* ; *om C*. — 7 aut ex *om E* ex. — 11 fines || finis *E*. — 12 et *om*. *E* — 12 hoc determinatum || hic determinatum *C*.

L'action la plus douce et la plus suave, sera donc celle qui conférera le plus grand bien, la source et pour ainsi dire la moëlle de tout bien, et qui, par ailleurs, enlèvera tout mal, la racine même de tout mal. Or telle est l'action créatrice de Dieu : *collacio esse ex nichilo*. Cette action créatrice confère l'être, or l'être est la racine de tout bien ; *ex nichilo* : l'action créatrice fait disparaître le néant ; or le néant et l'être sont contradictoires. Comme l'être s'identifie au bien, le néant s'identifie au mal. Donc l'action créatrice de Dieu en conférant l'être, confère la source même de tout bien ; en enlevant le néant, enlève la racine même de tout mal. Donc l'action créatrice de Dieu est l'action la plus douce et la plus suave, comme il est dit au livre de la *Sagesse*. — Comme nous l'avons déjà remarqué, *Archives*, t. III, p. 356, Eckhart semble identifier le mal avec la négation absolue, et confondre ainsi négation et privation. Il y a aussi dans cette argumentation d'Eckhart, presque un jeu de mots : illa operatio, dit-il, et ipsa sola, dulcis est et suavis, in qua aliquid confertur, *et nichil aufertur*. Or dans l'action de Dieu, bonum confertur et nichil (sive malum) aufertur. Eckhart argumente de l'identité de formule. Mais à y regarder de près, ces deux formules identiques renferment des sens différents. Dans le premier cas, nichil aufertur, signifie : *on n'enlève rien*, c'est-à-dire dans le contexte, on donne sans prendre. Dans le second cas, nichil aufertur veut dire : *Dieu enlève le rien*, fait disparaître le néant. Il me semble qu'Eckhart joue ici sur les mots.

1. Dans *E C* nous avons M^r ; il s'agit de *Marks*.

2. S. JÉRÔME, *Epist.* C; *P. L.*, t. XXII, col. 826, n. 15: « Eget semper qui avarus est. » ; *Commentarius in Ecclesiasten ; P. L.*, t. XXIII, col. 1109 A : « Avarus igitur describitur, quod unum quam opibus expleatur, et quanto plus haberit, tanto plus cupiat. Flacci quoque super hoc concordante sententia, qui ait (Horat. I, 1 Epistol., epist. 2 ad Lidalium: semper avarus egat. » Eckhart veut prouver mainte-

attingere ad finem simpliciter, qui est ens simpliciter sive esse ; et hoc est quod hic signanter sequitur : « ATTINGIT A FINE USQUE AD FINEM FORTITER. » «FORTITER », ait, quia requirit potenciam infinitam [C. 71 v-1 ; E. col. 149] collacio esse ex nichilo. Hinc est quod actus creacionis non est communicabilis creature [1], sicut notavi in libro questionum.

causatum suum quam causa universalis secunda. » L'auteur du *De causis* commente : « Iam ergo manifestum est et planum quod causa prima longinqua est plus comprehendens et vehementius causa rei quam causa propinqua... causa prima est majoris et vehementius adhaerentiae cum re quam causa propinqua ». Ed. O. BARDENHEWER, p. 164. — La proposition quatrième traite de l'être : « Et non est post primam causam latius neque prius causatum ipso ; propter illud ergo factum est superius creatis rebus omnibus et vehementius unitum. » *Ibid.*, p. 166. — Eckhart réunit ce qui est dit de l'être et de la cause première.

1. Voir S. THOMAS, Ia-IIae, q. VI, a. 6.

2. Parce que l'involontaire est contre nature. Voir S. THOMAS., *Summa Theol.*, Ia-IIe, q. VI, a. 5.

3. ARISTOTE, *Metaphys.*, lib. I, éd. Berlin, 982 b, 25 : « ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωπός φαμεν ἐλεύθερος ὁ αὑτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλλου ὤν = sed quemadmodum dicimus liber homo de eo qui sui ipsius et non alterius gratia est. », ce que S. THOMAS commente, lect. III : « Ille homo proprie dicitur liber, qui non est alterius causa, sed est causa suiipsius. ». Ce texte d'Aristote est encore cité, dans le *De veritate*, q. XXIV, a. 1, obj. 3 ; *Summa Theol.*, I P., q. LXXXIII, a. 1, obj. 3.

4. S. AUGUSTINUS, *De bono viduitatis*, cap. XXI ; *P. L.*, t. XL, col. 448 : « Nam in eo quod amatur aut non laboratur, aut et labor amatur. »

5. La chaleur est une propriété du feu, et non pas sa substance. Voir S. THOMAS, *Comm. de generatione et corruptione*, cap. III, lect. VIII ; *Comm. Physic.*, lib. V, lect. III ; *Comm. Metaphys.*, lib. XI, lect. XII ; *Comm. Sent.*, lib. III, Dist. XIII, a. 3 ; Dist. XIV, a. 5, ad 2 um.



ignis est ut sic consonum, simile et amicum igni. Deus autem solus disponit operando non hoc aut illud tantum, sed omnia ; [E = col. 152] et hoc est : « DISPONIT OMNIA SUAVITER ». Secundo notandum, quod ait : « OMNIA SUAVITER ». Deus enim operando et disponendo providet primo et principaliter et per se toti universo, quod est « OMNIA »[1]. Molestum autem et grave potest quid esse alicui parti. Nichil autem nocet aut nocere potest, quinimmo prodest semper toti universo. Verbi gracia : pocio est molesta et amara ori, conveniens autem et salubris toti homini. Sic ignis nocet panno vel domo pauperis quam comburit, prodest autem quamplurimum ipsi universo[2] ; sic de corrupcione que generacioni deservit, sine qua non esset universum[3] ; sic [C = 72r-2] de femina, sine qua non esset perseverans genus humanum, quamvis ipsa non generetur, nisi ex defectu qui accidit huic semini[4]. Exemplum ponit AUGUSTINUS de scuto quod pulchrius est ex albo et nigro, quamvis nigrum in se defectus sit albi. Ponit eciam exemplum in pavimento, cuius pars una considerata displicet, considerato vero toto pavimento et ordine omnium parcium in toto iam placet et approbatur[5] ; et hoc est quod malum potest esse aliquit et nocere huic aut huic, nichil autem est malum omnibus sive universo tenenti omnia[6]. Sic

1 ut || et *C*. — 2 autem || quod: — 2 hoc || hic *EC*. — 2 aut || autem *C*. — 3 hoc || hic *E*. — 4 secundo || tercio *E*. — 7 quid || quidem *C*.

1. Voir, par exemple, s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XLVIII, a. 2, ad 3um : « Deus et natura et quodcumque agens facit quod melius est in toto ; sed non quod melius est in unaquaque parte, nisi per ordinem ad totum. ». — Voir aussi *ibid.*, q. XLVII, a. 2, ad 3um ; *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXXIV, q. I, a. 1.

2. S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XLIX, a. 3 : « Propter hoc enim, si aliquid invenerunt esse nocivum alicui rei per virtutem suae naturae, aestimaverunt naturam illius rei esse malam; puta si quis dicat naturam ignis esse malam, quia combussit domum alicujus pauperis. Indicium autem de bonitate alicujus rei non est accipiendum secundum ordinem ad aliquid particulare ; sed secundum seipsum, et secundum ordinem ad totum universum, in quo quaelibet res suum locum ordinatissime tenet. ». — *De potentia*, q. III, a. 6.

3. S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XIX, a. 9 ; q. XLIX, a. 1 ; *De malo*, q. I, a. 1 ; etc... Nous reviendrons sur ces problèmes, dans l'exposé de la doctrine d'Eckhart.

4. Voir *Archives*, t. III, p. 374, n° 1.

5. Nous n'avons pas retrouvé ces textes dans s. Augustin

6. Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. I, q. I, a. 1, ad 1um ; Dist. XXXIV, q. I, a. 1, ad 4um ; a. 2 ; *De potentia*, q. III, a. 6, *Contra Gentes*, lib. III, cap. XIII, XV; *Summa Theol.*, I P., q. XLIX, a. 3, etc.

enim et in positivis[1] videmus, quod albedo aut nigredo, calor et frigus, id solum denominant in quo sunt, ut supra dictum est de igne comburente vestem pauperis et de calore febricitantis; et secundum hoc exponit RABY MOYSES illud Genes. [I, v. 31]: «*vidit Deus cuncta que fecerat et erant valde bona*», libro 3°, capitulo XI° [2]. Unde quod dicitur ibi : « *cuncta valde bona* », hic dicitur : « DISPONIT OMNIA SUAVITER ». Sic ergo quod huic aut huic aliquid est amarum,non preiudicat ipsi universo sive omnibus, et bonitati sive suavitati omnium que non minuuntur, et cuius perfeccioni et integritati primo et per se providetur; et hoc est quod AVICENNA docet, IX *Metaphys.*, capitulo sexto, diffuse, ubi quasi in fine capituli sic ait : « ***neglectum fuit hoc ut si non esset sic ordo universitatis non esset perfectus. Dictum est enim in lege : creavi istos ad infernum ; non curo ; creavi istos ad paradysum ; non curo*** ». Verba sunt AVICENNE [3].

Ultimo notandum, quod ait : « DISPONIT OMNIA SUAVITER ». « DISPONIT », id est in universitate quasi diversimode, sive diversis modis ponit, id est ordinat, « OMNIA », secun-

---

1 aut *add E* et. — 2 id || idem *E.* — 2 denominant || denominatum *E.* — 6 dicitur ibi || ibi dicitur *C.* ; *in E* ibi *emend. ex* q^1. — 8 ergo *om C.* — 9 suavitati || suavitate *C.* — 10 perfeccioni et *om C* et. — 11 *In marg. E :* Avicenna. — 13 hoc || huic *C.* — 14 esset || esse *C.* — 15 curo || cogitur *C.* — 15 creavi || creavit *C.* 15 istos || illos. *C.* — 16 curo || cogitur *C.* — 17 *In marg. E :* ultimo. — 18 Disponit... omnia. *In E legitur :* disponit quod diversimode sive diversis modis ponit, id est ordinat omnia ; *in C :* disponit quasi universitate et quasi diversitate ; diversis modis ponit, id est ordinat omnia.

---

1. Pour la clarté du sens, il faudrait lire : *positivis qualitatibus*, par opposition à *malum* dont parle Eckhart p. 296, l. 21.

2. MAÏMONIDE, *Le Guide des Égarés*, liv. III, ch. X; éd. S. MUNK, t. III, p. 64 : « Ainsi, la véritable action de Dieu, c'est le bien, car c'est l'être. C'est pourquoi le livre qui a éclairé les ténèbres du monde a dit textuellement : *Et Dieu vit tout ce qu'il avait fait, et c'était très bien* (Genèse, I, 31. » ; éd. A. WEISS, *Mose ben Maimon. Führer der Unschlüssigen*, Leipzig, 1924, t. III, p. 49. Voir ms. B. N. 15973, fol. 147 v-1 : « Quod si ita est veritas omnis operis creatoris, bona est, quia est ens. Unde et lex dixit que illuminavit tenebras mundi. Vidit Deus cuncta que fecerat et ecce omnia bona valde. » Dernièrement, le Dr J. KOCH a écrit une étude sur : *Meister Eckhart und die jüdische Religions philosophie des Mittelalters* [Sonderabdruck aus dem *Iahresbericht der Schlesischen Gesellschaft für vaterländische Kultur*, 1928]. Dans ce travail l'auteur examine avec sa précision habituelle, l'influence de Maïmonide sur Eckhart. Nous aurons l'occasion de reparler de ce problème et de cette belle étude.

3. AVICENNE, *Metaphys.*, IX, cap. VI ; éd. Venise, 1508, fol. 106 v-1 : « ...ita ut si non esset sic ordo universitatis non esset perfectus, et ideo neglectum fuit hoc, ne essent attenta convenientia corrumpentia que necessario accidunt. Dictum est enim n lege : creavi istos ad infernum, non curo ; creavi istos ad paradium, non curo. »

dum illud Esther XIII [v. 9] : « *in dicione tua cuncta sunt posita* », id est ordinata et quieta, sicut dicitur : homo ordinatus et quietus esse dicitur bene compositus. Quamvis enim diversi sint modi diversorum et differentes valde, unumquodque tamen quiescit et est positum in suo modo, puta in suo loco, inquietum in modo quolibet altero. Sic grave quiescit positum in loco infimo, quamvis hoc levi esset contrarium et malum. Hoc est ergo quod hic dicitur signanter : « DISPONIT », id est diversimode ponit, « OMNIA », et tamen « SUAVITER ». Nec obstat diversitas parcium unitati et quieti tocius, quod non esset ut sic, nec totum esset, si partes diverse et quasi adverse non essent [1]. Et in hoc redit quod AUGUSTINUS, *De vera religione*, capitulo XXXIX, ait : « *Ita sapiencia Dei pertendit a fine usque ad finem fortiter, ita per hanc summus ille artifex opera sua in unum finem decoris ordinata contexuit, ita illa bonitas a summo ad extremum nulli pulchritudini, que ab ipso solo esse posset, invidit, ut nemo ab ipsa veritate deiciatur, qui non accipiatur ab aliqua effigie veritatis* [2] ». HOC AUGUSTINUS.

C. EX HUGONE DE SANCTO-VICTORE

HUGO DE SANCTO-VICTORE tractans hec verba : « DISPONIT OMNIA SUAVITER » super Ecclesiasten, sic ait : « *suaviter disponit omnia, quia in tam multis tamque diversis rerum generibus singula queque ad terminum suum promovens,* [E = col. 153] *nichil universitatis concordiam pacemque turbare permittit ; sed sic unicuique quod suum est tribuit, ut dissi-*

1 dicione || diccione *C.* — 4 sint *om C.* — 5 tamen || cum *C.* — 5 quiescit || questio *C.* — 6 in suo modo *om E* in. — 7 loco infimo || luco et infimo *EC.* — 9 id est || quasi *C.* — 10 suaviter || sufficienter *E.* — 11 non esset || nec est *E.* — 12 diverse || diversimode *C.* — 13 XXXIX || 67 *E ;* 6° *C.* — 16 decoris || datoris *E.* — 17 pulchritudini || pulchritudinem *E.* — 17 posset || possent *C.* — 18 nemo || negacio *E.* — 18 qui || que *E.* — 18 non *om C.* — 21 *In marg. E :* Hugo. — 21 Hugo *add C* eciam — 24 queque || quoque *C.* — 25 *Post* universitatis *repet E :* generibus singula... promovens (l. 23-24). — 25 turbare || pertubare *C.*

1. Le tout ne peut pas exister en dehors de ses parties essentielles, puisque précisément il est composé de ces parties. Mais il importe de remarquer que les parties n'ont pas d'existence en dehors du tout. Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. III, Dist. VI, q. II, a. 3 : « Ad rationem totius pertinent duo. Unum scilicet quod esse totius compositi pertinet ad omnes partes ; quia partes non habet proprium esse, sed sunt per esse totius... Aliud est quod partes componentes causant esse totius. »

2. S. AUGUSTIN, *De vera religione*, cap. XXXXI ; *P. L.*, t. XXXIV, col. 154, n° 72.

militer currentia ad unum finem conducat [1] ; *ut eciam defectum inferiorum ad universorum pulchritudinem moderetur* [2]. *Ex eo enim in toto maxima est pulchritudo, quod in partibus differens et multipliciter variata distinctaque omnifariam pulchritudo est* [3] ».

§ 2.

HANC AMAVI ET QUESIVI SPONSAM MICHI EAM ASSUMERE [V. 2]

Ibi invenies notabilem differenciam inter sapientem et philosophum.

« HANC AMAVI ET QUESIVI SPONSAM MICHI EAM ASSUMERE ET AMATOR FACTUS SUM FORME ILLIUS ». Nota : « AMAVI », inquit, contra multos qui student sapiencie non propter sapere, nec ex amore sapiencie, sed amore diviciarum vel deliciarum aut honorum, que per sapienciam consequi sperant ; tales non querunt sibi sapienciam sponsam assumere, sed concubinam, « *adulterantes verbum Dei* », ut ait [C = 72^{v-1}] Apostolus, II Corinth., [II, v. 17]. Tales non sunt amatores forme illius, veritatis scilicet et sapiencie. Tales quamvis fortassis dicantur sapientes, non tamen merentur dici philosophi, quia in sapiencia non ipsam [4] sapere querunt, tantam urbem, sapiencie scilicet, ingressi, aliud extra urbem querunt, ut ait IERONIMUS [5]. Hinc est quod PITAGORAS tempore sui sapientissimus, non est gloriatus se esse sapientem tantum, sed esse se philosophum [6], quod est maius,

3 est *om* *C*. — 3 pulchritudo *add* est. — 4 omnifariam || omnifaria *E*, omnipharia *CE*. — 12 nota *om* *C*. — 13 inquit || ait *C*. — 13 student || studium *E*. — 14 nec *om* *C*. — 14 vel || secundum *C*. — 15 honorum || horum *C*. — 18 II Corinth. [II, v. 17] || Cor. 4 *E* ; 2ª Cor. 4 *C*. — 21 sapiencia || ipsa *C*. — 25 maius *om* *C*.

1. HUGUES DE SAINT-VICTOR, *In Ecclesiasten*, Homel. XIX ; *P. L.*, t. CLXXV, col. 186 *C*.

2. *Ibid.*, col. 186 B.

3. *Ibid.*, col. 186 C.

4. Les mss d nnent, à ce qu'il me semble, la leçon *ipsum*, qui peut s'entendre de Dieu.

5. Nous n'avons pas retrouvé ce texte dans s. Jérôme.

6. Voir s. AUGUSTIN, *De Trinitate*, lib. XIV, cap. I ; *P. L.*, t. XLII, col. 1037, nº 2 : « Nonne terrebimur exemplo Pythagorae ? qui cum ausus non fuisset sapientem profiteri, philosophum potius, id est amatorem sapientiae se esse respondit. ». Voir aussi *De civitate Dei*, lib. VIII, cap. II ; *P. L.*, t. XLI, col. 225 : « [Pythagoras] philo-



rarius et commendabilius, utpote non habere sapienciam adulteram seu concubinam, sed sponsam, et amatorem se esse forme illius, id est veritatis, non forme cuiuslibet alterius, commodi, honoris aut cuiuslibet extra aut preter sapienciam. « AMATOR » inquit, « FACTUS SUM FORME ILLIUS [1] ». Notandum quod forma, et ipsa sola, se ipsa dat esse, quod, inquam, esse finis est et terminus omnis nature, artis, racionis et eciam Dei, ut prius dictum est super ista : « *creavit ut essent omnia* [2] ». Esse siquidem adepto, iam non aspicitur agens nec finis extra, sed nec materia nisi exigitive, puta si esse et forma propter longe distare a primo non possit subsistere nisi in materia.

§ 3.

GENEROSITATEM ILLIUS GLORIFICAT CONTUBERNIUM HABENS DEI [V. 3]

Generositatem illius glorificat contubernium habens Dei.

Vult dicere quod nullus novit generositatem et gloriam sapiencie, nisi qui ipsam habet, et eius contubernium. Nemo enim novit iusticiam, nisi iustus, filius et contubernus iusticie secundum illud : « *iustificata est sapiencia a filiis suis* », Matth. [XI, v. 19] et Eccli. [XV, v. 1] : « *qui continens est iusticie, apprehendit illam* »; et iterum Matth.

3 *In marg E* : nota quid est philosophus. — 6 et *om E.* — 8 ista || 1 *C.* — 9 iam non || non iam *C.* — 10 materia || materiam *E C.*

sophum se esse respondit, id est studiosum vel amatorem sapientiae : quoniam sapientem profiteri, arrogantissimum videbatur. ». Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, II^{a} - II^{ae}, q. CLXXXVI, a. 2, ad 1um.

1. Eckhart a déjà exprimé la même pensée dans son *Commentaire sur l'Écclésiastique* : « Omnis scientia non sistens, nec quiescens, nec fructum habens aut querens et inveniens in ipso scire, non est liberalis nec sui gratia, set est mechanica sive adultera, querens fructum extra et preter scire. Tales non habent sapientiam sponsam, set concubinam, non liberam, set ancillam ; non est amator forme ipsius, que est scire et sapere, set est adulter sapientie, amator forme illius, quod per ipsam sapientiam querit extra et preter ipsam et extra sapere. Propter quod talis, etsi possit dici, sapiens, non tamen potest nec meretur dici phylosophus, id est, amator sapientie set potius amator divitiarum, honorum, commoditatum, ant huiusmodi, propter quod sapientiam querit. ». P. DENIFLE, *Archiv*, t. II, p. 575, 20-30.

2. Voir *Archives*, t. III, p. 249.

XI [v. 27] : « ***nemo novit patrem, nisi filius*** » et Ioh. III [v. 33] : « ***qui acceperit eius testimonium, significavit quia Deus verax est*** » ; et sequitur [v. 34] : « ***pater diligit filium*** »,id est iusticia iustum, et « ***omnia dedit in manu eius*** », id est iusti; I Cor. II [v. 11]: «***que Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei*** » ; Apocalyp. [II, v. 17] : « ***nemo novit, nisi qui accipit*** ».

§ 4.

SOBRIETATEM ET PRUDENCIAM DOCET ET IUSTICIAM ET VIRTUTEM [v. 7]

Ibi invenies connexionem virtutum.

« SOBRIETATEM ET PRUDENCIAM DOCET ET IUSTICIAM ET VIRTUTEM ». Notandum quod hic notat quatuor virtutes cardinales : temperanciam, quam sobrietatem vocat, fortitudinem, quam vocat virtutem [1] ; alias duas, prudenciam et iusticiam, propriis exprimit nominibus. Nota ergo secundo quod sobrietas ipsa est temperancia [2], adequacio quaedam humorum, sanitas et medicina corporis et anime [3]. Nichil autem [E = col. 154] tam nocivum tam inimicum sanitatis, quam medicina mala et sine prudencia ministrata. Hinc est quod sobrietati statim copulat prudenciam. Ubi notandum quod in serpente, in quo iuncta est prudencia veneno, non nocet venenum serpenti. Hinc est Matth. X [v. 16] : « *estote prudentes sicut serpentes* ». De hiis quatuor

1 patrem || patres *E.* — 5 I *om C.* — 5 Dei sunt || sunt Dei *C.* — 13 virtutem || veritatem *C.* — 13 Notandum quod *om C.* — 14 sobrietatem vocat || vocat sobr. *C.* — 16 ergo || igitur *C.* — 17 sobrietas || proprietas *C.* — 17 ipsa || propria (?) *C.*— 18 corporis || corporum *E.*— 21 sobrietati || sobrietatem *E.*— 21 prudenciam || prudencie *E.* — 23 veneno || ventus *C.* — 24 prudentes || serpentes *C.*

1. C'est l'exégèse de PIERRE LOMBARD, III Sent., Dist. XXXIII : « De his [quatuor virtutibus principalibus] dicitur in libro sapientiae, cap. VIII, 7 : Sobrietatem et prudentiam docet justitiam et virtutem, sobrietatem vocat temperantiam, et virtutem vocat fortitudinen. » Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. III, Dist. XXXIII, q. I, a. 2, q. 3 ; *Summa Theol.*, IIª - IIªᵉ, q. CXLIX, a. 1, obj. 2.

2. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, IIª - IIªᵉ, q. CXLIX, a. 1, ad 2ᵘᵐ : « Et ideo in omnibus necessarium est adhibere mensuram, quod pertinet ad officium sobrietatis. Propter quod nomine sobrietatis temperantia significatur. », etc.

3. Voir s. THOMAS : « Unde dicitur Eccli. XXXI, v. 37 : *Sanitas est animae et corporis sobrius potus.* ». *Ibid.*, q. CXLI, a. 6, ad 3ᵘᵐ

virtutibus potest exponi illud Ezechiel I [v. 6] : « *quatuor facies uni* », quia cuilibet viro iusto debent esse et inesse quatuor virtutes cardinales. Ysa. [IV,v. 1] dicitur : « *apprehendent septem mulieres virum unum* », septem scilicet virtutes, quatuor cardinales et tres theologice, salva exposicione, qua septem mulieres dicuntur significare septem dona Spiritus Sancti [1]. Secundo, notandum, quod ait : « *quatuor facies uni* », eo scilicet quod habens unam, habet omnes ; quatuor enim sunt connexe [2]. De hoc notavi super Ezech. I.

§ 5.

NON POSSUM ESSE CONTINENS, NISI DEUS DET [v. 21].

« NON POSSUM ESSE CONTINENS, NISI DEUS DET. » Nota quod nemo potest esse iustus sine iusticia [3], sed nec albus sine albedine [4], quocunque alio dato, nec humilis sine humilitate, sicut notavi super isto [Eccli. XXIV, v. 11] : « *Superborum et sublimium colla propria virtute calcavi* ». Deus autem continencia est, et ab ipso solo datur continencia et omnis virtus, sicut notavi super illo Ps. [XXIII, v. 10] : « *Dominus virtutum ipse est rex glorie* ». Unde et PLOTINUS quaternarum virtutum gradum quartum, scilicet exemplares virtutes, ponit in mente divina [5].

2 cuilibet || quilibet *C.* — 2 debent || debet *E* ; dicunt *C.* — 3 quatuor *add C* scilicet. — 9 enim sunt || sunt enim *C.* — 12 nota || notandum *C.* — 15 isto || primo *C.* — 17 continencia || concupiscencia *C.* — 21 virtutes || veritates *C.*

1. C'est l'explication de la glose ordinaire, *P. L.*, t. CXIII, col. 1240 : « *Septem mulieres*, septem dona spiritus sancti. »

2. Voir *Archives*, t. III, p. 418, n. 1.

3. Voir *Archives*, t. I, 171, n. 2.

4. *Ibid.*, p. 168, n. 3 ; p. 172, n. 5 ; 188, n. 3.

5. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, Iª - IIªᵉ, q. LXI, a. 5, sed contra : « Sed contra est quod Macrobius ibidem [I super somnum Scipionis, cap. VIII] dicit : Plotinus, inter philosophiae professores cum Platone princeps, « Quatuor sunt », inquit, « quaternarum genera virtutum. Ex his primae politicae vocantur ; secundae, purgatoriae ; tertiae autem, iam purgati animi ; quartae exemplares. » Et sur ce quatrième degré, dont Macrobe, *ibid.*, dit : « Virtutes exemplares sunt quae in ipsa divina mente consistunt », s. Thomas, dans l'article cité, écrit : « Oportet igitur quod exemplar humanae virtutis in Deo praeexistat, sicut et in eo praeexistunt omnium rerum rationes. Sic igitur virtus potest considerari vel prout est exemplariter in Deo, et sic dicuntur virtutes exemplares ». Sur cette question, je renvoie au beau travail de VAN LIESHOUT, *La théorie plotinienne de la vertu. Essai sur la*

CAP. IX

E = Col. 154
C = Fol. 72^{v-2}

§ 1.

DIFFICILE ESTIMAMUS QUE IN TERRA SUNT [v. 16].

Ibi invenies notabile de sciencia Aristotelis et Rabymoysis.

« DIFFICILE ESTIMAMUS QUE IN TERRA SUNT ET QUE IN PROSPECTU SUNT [C = 72^{v-2}] INVENIMUS CUM LABORE. QUE IN CELIS SUNT AUTEM QUIS INVESTIGABIT ? » Nota ordinem verborum : « ESTIMAMUS QUE IN TERRA SUNT », quantum ad ea que magis aperta sunt per nos ipsos ; « QUE AUTEM IN PROSPECTU SUNT », id est procul ab aspectu, invenimus cum labore studii, quod maius est quam solum estimare ; « QUE IN CELIS SUNT AUTEM QUIS INVESTIGABIT ? », quantum ad occulciora nature et cognicionem celestium et divinorum. Possunt eciam ista tria respondere tribus partibus essencialibus philosophie : naturali, mathematice et divine[1].

10 ordinem || ordines *E*. — 12 aperta sunt *add C* que, *emend* ex quasi. — 15 autem || aut *C*. — 17 Possunt || possent *C*. — 18 philosophie *add C* morali. — 18 mathematice || et mathematice *C*. — 18 divine *om C*.

Genèse d'un article de la Somme Théologique de saint Thomas [Iª - IIªᵉ, q. LXI, a. 5] dans les *Studia Friburgensia*, 1926.

1. Comme nous le voyons par l'examen des variantes, les mss. de Cues et d'Erfurt proposent, de la division de la philosophie, une division différente.

a) Ms. de Cues : morale, naturelle, mat ématique.

b) Ms d'Erfurt : naturelle, mathématique, divine.

Nous avons adopté la leçon d'Erfurt, qui correspond mieux à la pensée d'Eckhart, et à l'exégèse des textes de la *Sagesse* proposée immédiatement avant.

« Estimamus que in terra sunt »	Quantum ad ea que magis aperta sunt per nos ipsos	Philosophia naturalis.
« Que autem in prospectu sunt »	id est procul ab aspectu	Philosophia mathematica (vel astronomica)
« Que in celis sunt autem quis investigabit »	Quantum ad occulciora nature et cognicionem celestium et divinorum	Philosophia divina.

I Predictis concordat quod RABY MOYSES, libro IIº, capitulo XXIIIº quod incipit : « *Aristoteles* », sic ait : « *Quicquid dixit Aristoteles in omnibus entibus que sunt a spera lune usque ad centrum terre, verum est sine dubio, nec repellit illud, nisi qui non intelligit ; quidquid vero locutus est Aristoteles de hiis que sunt a spera lune superius, est verisimile*[1] » ; et infra capitulo XXVº dicit : « *Abubacer dubitat de verbis Aristotelis et eius dubitacio est, utrum scivit Aristoteles egressionem centri spere solis* » ; et infra : « *quidquid dixit Aristoteles in omnibus que sunt sub spera lune, procedit secundum ordinem sensus : et verba ipsius secuntur ex racione ; et cura naturalis est manifesta in eis. Quidquid autem est in celis, non est homo consecutus ut sciret ea que ibi sunt* » ; adducens illud Ps. [CXV, v. 16] : « *celum celi Domino, terram autem dedit filiis hominum* ». *Quod est dicere quod creator solus scit veritatem eorum que in celis sunt in fine perfeccionis. Super hiis autem que sunt sub celis, dedit potestatem homini, ut sciret ea*[2] ».

1 predictis ‖ et predictis *C.* — 7 *In marg. E :* Aristotelis sciencia. — 7 Abubacer ‖ Abulacer *C.* — 8 dubitacio ‖ dubio *C.* — 9 dixit *om E.* — 11 secuntur ‖ sequentur *C.* — 11 cura ‖ causa *EC.* — 12 autem ‖ aut *E* ; eciam *C.* — 17 super hiis ‖ sub hiis *E.* — 17 autem ‖ aut *E.* — 18 ut sciret ‖ nec scire *C.*

1. MAÏMONIDE, *Guide des Égarés*, liv. II, ch. XXII ; éd. S. MUNK, t. II, p. 179 : « Tout ce qu'Aristote a dit sur tout ce qui existe au-dessous de la sphère de la lune, jusqu'au centre de la terre, est indubitablement vrai et personne ne saurait s'en écarter, si ce n'est celui qui ne comprend pas... Mais, à partir de la sphère de la lune et au-dessus, tout ce qu'Aristote en dit ressemble, à peu de choses près, à de simples conjectures » éd. A. WEISS, t. II, p. 156. — Voir B. N. de Paris, ms. 15973, fol. 104 r-1 : « Aristoteles sic ait : quidquid dixit Aristoteles in omnibus entibus qui sicut a spera lune usque ad centrum terre verum est sine dubio, nec repellit illud, nec deviat ab eo, nisi qui non intelligit, vel qui secutus est aliquas opiniones quas vult deffendere vel ille opiniones trahunt eum ut neget ea que apparent ; quidquid vero locutus est Aristoteles de hiis que sunt a spera lune superius, est verisimile. » — Voir éd. de Paris de 1520, fol. 54 r.

2. ID., liv. II, ch. XXIV ; éd. S. MUNK, t. II, p. 193 : « Tu sais qu'Abou-Becr-ibn-al-Çayeg, dans son discours sur la Physique, exprime ce doute : si Aristote a connu l'excentricité du soleil, et si, la passant sous silence, il ne s'est préoccupé que de ce qui résulte de l'*inclinaison*, — l'effet de l'excentricité n'étant point distinct de celui de l'inclinaison, — ou bien s'il ne l'a point connue... ce que j'ai dit plus haut, je le respecterai : c'est que tout ce qu'Aristote a dit sur les choses sublunaires a une suite logique ; ce sont des choses dont la cause est connue, et qui se déduisent les unes des autres, et la place qu'y tiennent la sagesse et la prévoyance de la nature est évidente et manifeste. Quant à tout ce qui est dans le ciel, l'homme n'en connaît rien, si ce n'est ce peu de théories mathématiques ; et tu vois ce qu'il en est. Je dirai, en me servant d'une locution pratique : *Les cieux appartiennent à l'Éternel ; mais la terre, il l'a donnée aux fils d'Adam.* (Ps. CXV, 16), c'est-à-dire, que Dieu seul connaît parfaitement la véritable nature du ciel, sa substance, sa forme, ses

§ 2.

SENSUM AUTEM TUUM QUIS SCIET, NISI TU DEDERIS
[V. 17]

Ibi invenies quod nichil scitur proprie nisi a se ipso et in se ipso.

« SENSUM AUTEM TUUM QUIS SCIET, NISI TU DEDERIS ». Notandum, ut supra capitulo octavo in fine, sicut nullus potest esse iustus sine iusticia [1], sic nemo potest scire iusticiam nisi per iusticiam [E=col. 155] et in ipsa iusticia ; et sic universaliter unumquodque sicut habet esse per speciem suam solam in natura, puta homo humanitate, sic et cognoscitur unumquodque in sola specie suiipsius in anima cognoscentis ; puta, ut prius, homo sola humanitate cognoscitur [2]. Hinc est illud, quod simile simili cognoscitur, et quod

10 habet esse || se habet *E*. — 13 homo *add C* ut. — 14 et || hinc est *C*.

mouvements et leurs causes ; mais, pour ce qui est au-dessous du ciel, il a donné à l'homme la faculté de le connaître. » ; éd. A. WEISS, t. II, p. 167. Le ms. 15973 de la B. N. de Paris, s'exprime ainsi, fol. 106 v-1-2 : « Tu autem scis quod Abubacri dubitat de verbis Aristotelis in naturalibus, et eius dubitacio est utrum sciverit Aristoteles egressionem centri spere solis... quidquid dixit Aristoteles in omnibus que sunt sub spera lune procedit secundum ordinem sensus et verba ipsius secuntur ex racione et causa et colligantur inter se, et loca sapiencie demonstrantur in eis, et cura naturalis est manifesta in eis. Quidquid autem est in celis non est homo consecutus ut sciret ea que ibi sunt, nisi secundum hunc modum disciplanem modicum et tu vides hoc. Ego vero dico quod dixit David: celum celi Domino, terram autem dedit filiis hominum, quod est dicere quia Creator solus scit veritatem celorum et naturam et substanciam et formam ipsorum et causas eorum in fine perfectionis. Super hiis vero que sunt sub celis dedit potestatem homini ut sciret ea. » Voir aussi éd. de Paris, 1520, fol. 55 r-v. Au lieu de *secuntur*, cette édition donne : *sciuntur*.

1. Voir plus haut, p. 302, 13.

2. Pour expliquer ce texte, il me faudrait toute une dissertation. J'en noterai ici seulement les points principaux, me réservant d'y revenir plus tard, avec plus de développements.

a) Eckhart établit un parallèle général entre le mode de connaissance et le mode d'être, parallèle que nous trouvons à maintes reprises, dans s. Thomas, et qui est une des bases de son ensemble doctrinal, et une application du principe : *operatio sequitur esse*. Voir *Summa Theol.*, I P., q. LXXXIX, a. 1 : «... considerandum est quod, cum nihil operatur nisi inquantum est, actu modus operandi uniuscujusque rei sequitur modum essendi ipsius... » Voir *Quaest. disp. De anima*, a. 2, ad 7um.

b) Ce qui constitue un être dans l'existence, ce qui fait qu'il est, fera aussi qu'il

supra dictum est, quod nemo novit iusticiam nisi iustus, nec patrem nisi filius. Hoc eciam est quod ait ARISTOTELES ; « *quod ab eo quod res est, omnino vera dicitur*[1] » ; et iterum : « *quod sicut res se habent in esse, sic se habent in veritate et cognicione*[2] ». Sic ergo sensum Dei nemo potest scire nisi per Spiritum et in Spiritu Dei ; et hoc est quod communiter dicitur, et est verbum in glossa super ad Rom., ut puto, quod nullus intelligit Paulum nisi habeat spiritum Pauli, et quod eodem Spiritu quo locuti sunt prophete, exponuntur prophete. Ad hoc est illud I Cor. II [v. 11] : « *quis hominum scit que sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et que Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiritus Dei.* » Et hoc est quod hic dicitur : « SENSUM TUUM QUIS SCIET, NISI TU DEUS ». Ps. [XXXV, v. 10] : « *In lumine tuo videbimus lumen.* »

1 novit ‖ cognovit *C*. — 3 vera ‖ verba *C*. — 4 sic se habent *om C* se habent. — 5 potest *repet E*. — 10 I *om EC*. — 13 quis sciet, nisi tu Deus ‖ etc...*C*.

est connaissable. Principia essendi sunt principia cognoscendi. En toute rigueur, il s'agit ici du fondement de la connaissance, et non pas de la connaissance elle-même. S. THOMAS, s'exprime ainsi sur ce point, *De veritate*, q. II, a. 3, ad 7um : « Illud quod est principium essendi, est etiam principium cognoscendi, EX PARTE REI COGNITAE, quia per sua principia res cognoscibilis est, sed illud quo cognoscitur ex parte cognoscentis, est similitudo rei, vel principiorum ejus ; quae non est principium essendi ipsi rei, nisi forte in practica cognitione ». Voir aussi *ibid.*, q. III, a. 3, ad 7um ; *Summa Theol.*, I P., q. XII, a. 1.

c) Précisant ce parallèle, Eckhart continue : tout être est constitué dans l'existence, *per speciem suam* ; il est connu aussi *per speciam suam*.

Dans le premier cas, il ne s'agit pas naturellement de l'espèce, au sens logique du terme, mais de la forme qui spécifie un être dans l'existence. L'homme en tant qu'homme est ce qu'il est par son humanité. Dans le second cas, la *species* est le résultat de l'abstraction par l'intellect agent. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. LXXXVI, a. 1. Cette doctrine en inclut une autre : nous ne connaissons directement que l'universel, *Summa Theol.*, I P., q. LXXXVI, a. 1 ; *De veritate*, q. II, a. 5, 6 ; q. X, a. 5 etc.

d) Eckhart insiste beaucoup, comme nous pouvons le constater, sur la similitude entre l'objet connu et le sujet connaissant. C'est complètement vrai, si l'on veut parler d'une connaissance expérimentale, comme celle de la justice par le juste, du père par le fils.

1. ARISTOTE, *Metaphysic*, lib. III, cap. VII; éd. Berlin, 1011 b, 26 : « Τὸ μὲν γὰρ λέγειν τὸ ὂν μὴ εἶναι ἢ τὸ μὴ ὂν εἶναι ψεῦδος, τὸ δὲ τὸ ὂν εἶναι καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ εἶναι ἀληθές. » Voir s. THOMAS, *Comm. Metaphysic*, Lib. IV, lect. VIII, in fine. — Voir aussi *De veritate*, q. I, a. 1. obj 7 : « Sed nihil addit verum super ens, cum sit etiam in plus quam ens : quod patet per Philosopum, IV *Metaphys* dicentem : *Verum definientes dicimus esse quod est ; aut non esse, quod non est.* »

2. ARISTOTE, *Metaphysic.*, lib. I a; éd. Berlin, 993 b, 30 : « ὥσθ' ἕκαστον ὡς ἔχει τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τῆς ἀληθείας = ut secundum esse unumquodque se habet, ita etiam secundum veritatem ; dispositio rei in esse est sicut sua dispositio in veritate » S. THOMAS, *De veritate*, q. I, a. 1, obj. 5.

CAP. X

Hec illum, qui primus etc.

E = Col. 155
C = Fol. 72^{v-2}

§ 1.

Iustum deduxit per vias rectas [v. 10]

« Iustum deduxit Dominus per vias rectas ». Quis sit iustus, supra diffuse dictum est super illo [Sap. III, v. 1] : « *iustorum anime in manu Dei sunt* [1] », et super illo [Sap. V, v. 16] : « *iusti in perpetuum vivent* [2] ». Nunc autem notandum, quod Bernardus *in sermone de* Sancto Benedicto [3] ait : « *est iustus qui in principio sermonis accusator est sui,* [Prov. XVIII, v. 17], *est iustus qui ex fide vivit,* [Rom. I, v. 17], *est iustus qui absque terrore est* [Prov. XXVIII, v. 1]. *Primus bonus quia accedit ad viam ; secundus melior, quia currit per viam ; tercius optimus, quia propinquat termino vie per vias rectas. Vie Domini recte, pulchre, plene, plane. Recte, quia sine errore ducunt ad vitam ; pulchre, quia sine sorde; docent enim mundiciam ; plene multitudine, quia totus iam mundus abit post ipsum, intrans sagenam Christi* [4]*; plane suavitate;* Mt. XI [C = 73^{r-1}] [v. 30]: « *Iugum meum suave est* ». Supra : « *disponit omnia suaviter* ». [Sap. VIII, v. 1.]

2 qui *add C* et. — 7 Dominus *om E.* — 8 super illo || supra illud *C.* — 9 in manu Dei sunt || etc *C.* — 11 sermone de *om E.* — 12 est iustus...accusator est sui *om E.* — 12 sermonis *om C.* — 13 est iustus qui ex fide vivit *dupl E.* — 13 est iustus || est et iustus *C.* — 15 viam || iura *C* — 19 mundiciam || mendaciam *C.*

1. Voir *Archives*, t. III, p. 370 sq.

2. Voir *Archives*, t. III, p. 381 sq.

3. En fait, il ne s'agit pas du sermon de s. Bernard sur s. Benoît, *P. L.*, t. CLXXXIII, col. 375. Ce texte est pris du commentaire de s. Bernard sur cette parole de la *Sagesse* X, 10 : « Justum deduxit Dominus per vias rectas. », *P. L.*, t. CLXXXIII, col. 594. Eckhart s'est borné dans ce chapitre à transcrire en grande partie ce commentaire de s. Bernard.

4. Le texte de la *P. L.*, t. CLXXXIII, col. 594 dit : « intra Christi sagenam. » Dans les mss. *E. C*, nous avons une leçon qui provient probablement d'une confusion d'audition : intrans sagenam pour : intra sagenam.

§ 2.

Ostendit illi regnum Dei [v. 10]

« Ostendit illi regnum Dei ». *Regnum* [1] *Dei conceditur, promittitur, ostenditur, percipitur : primum in predestinacione, secundum in vocacione, tercium in iustificacione, quartum in magnificacione,* Rom. VIII [v. 30] : « *quos predestinavit, hos et vocavit, quos vocavit, illos et iustificavit, quos iustificavit, illos et magnificavit* [2] ». Infra XIX [v. 20] : « *Magnificasti populum tuum, Domine, et honorasti* ».

§ 3.

Dedit illi scienciam sanctorum [v. 10]

« Dedit illi scienciam sanctorum ». « *Sciencia* [3] *sanctorum est, hic temporaliter cruciari et in eternum delectari. Sciencia mundi docet vanitatem ; sciencia carnis voluptatem. Sanguissuge* [4] *due sunt filie, dicentes : Affer, Affer,* Prov. XXX [v. 15]. *Sanguissuga : propria voluntas ; filie : vanitas et voluptas.*

§ 4.

Honestavit illum in laboribus [v. 10]

« Honestavit illum in laboribus ». Primo, quia in labore probatur quis esse honestus et virtuosus. Secundo, in labore conformatur quis Christo, et ipsum sequitur et « *gloria magna est sequi dominum* », Eccli. XXIII [v. 38],

6 VIII || X° *C.* — 6 predestinavit || predestinat *E.* — 7 illos et || hos *C.* — 8 et *om. E.* — 9 Domine *om C.* — 15 sanguissuge || saguissuge *C.*—17 voluptas || voluntas *E.* — 21 labore || bore *(sic) C.* — 21 probatur || probat *C.* — 22 conformatur || conformiter *C.* — 22 ipsum || Christum *C.* — 23 magna || mangna *E.* — 23 est *om C.*

1. Eckhart continue à transcrire le commentaire de s. Bernard, *ibid.*, col. 594 *C.*

2. Dans la Vulgate, au lieu de *magnificavit*, nous avons *glorificavit*. La leçon *magnificavit* se trouve dans le commentaire de s. Bernard, suivi ici par maître Eckhart. C'est aussi la leçon de la glose ordinaire ; *P. L.*, t. CXIV, col. 498.

3. S. Bernard, *ibid.*, col. 594 D.

S. Bernard, *ibid.*, col. 595 A.

Matth. XI [v. 28] « *venite ad me omnes qui laboratis*. Tercio, quia viri sancti in ipso labore, et ex [E = col. 156] labore, et in labore gloriantur, [II] Cor. XI [v. 30] : « *que infirmitatis mee sunt gloriabor* ». « *Virtus enim in infirmitate perficitur* », bidem XII [v. 9]. Matth. V [v. 10] dicitur : «*beati qui persecucionem paciuntur* » ; [v. 6] : « *beati qui siciunt* », et huiusmodi semper in presenti. Quarto, honestat Deus sanctos suos et iustos in laboribus, cum ipsis dat nichil extra mercedis exspectare ; sed ex sola conveniencia virtutis divine et gracie intus habite et manentis operantur.[1] «*Honestum enim est quod sua vi trahit* », ut ait TULLIUS [2].

§ 5.

COMPLEVIT LABORES ILLIUS [v. 10]

« COMPLEVIT LABORES ILLIUS », hic in perseverancia, illic in gloria. Notandum autem, quod signanter dicitur, [v. 10] quod « *sapiencia* », sive Deus, « *iustum deduxit* » ; et huiusmodi providencia honestavit illum, et frequenter huiusmodi in scriptura Deo attribuuntur. Racio est, quia ipse est primum movens [3], et primus actus formalis [4], et finis ultimus [5] in omni opere artis et nature [6]. Specialiter tamen advertendum exemplariter quod omne opus, verbi gracia, iusticie, necessario ad hoc ut sit opus virtutis, necesse est quod preveniat et presit habitus iusticie [7]. Oportet eciam quod ius-

6 paciuntur ‖ persecuntur *C.* — 7 semper *om C.* — 15 autem ‖ ergo *C.* — 17 providencia ‖ prudencia *E :* puta *C.* — 20 tamen ‖ cum *E.* — 22 ut ‖ quod *C.* — 23 quod *om E.*

1. Nous conservons : operantur, leçon que donnent *EC*. La lecture : operari, serait cependant peut-être plus intelligible.

2. Voir *Archives*, t. III, p. 434, n. 4 et plus haut p. 275, n. 1.

3. S. THOMAS, *De malo*, q. III, a. 2 : « Deus autem est primum movens respectu omnium motuum et spiritualium et corporalium... » ; *Summa Theol.*, Ia-IIae, q. VI, a. 1, ad 3um, etc, etc...

4. Cette formule aurait besoin d'explication. Que Dieu envisagé en lui-même, étant le premier être, si l'on peut parler ainsi, soit aussi le premier acte, c'est l'évidence même ; mais si on l'entend des rapports de Dieu avec les créatures, cette formule demande à être précisée. Nous reviendrons sur cette question dans l'étude du panthéisme d'Eckhart.

5. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. CIII, a. 2 ; Ia-IIae, q. I, a. 8, etc... Nous n'insistons pas sur ces notions qui sont classiques.

6. Voir *Archives*, t. III, p. 348, n. 1.

7. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, Ia-IIae, q. LV, toute entière ; *Comm. Sent.*

ticia indesinenter assit et comitetur ipsum actum, et deducat et ipsum actum se toto in se, ut in fine, contineat, ut finis ipsius actus sit ipsa iusticia, nichil extra, sicut fuit et eciam principium [1]. Et hoc est quod in Ps. [VIII, v. 11] dicitur : « *misericordia eius preveniet me* » ; et rursus [Ps. XXII, v. 6]: « *misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite mee* » ; et prius in eodem Psalmo [v. 3] dicitur : « *deduxit me super semitas iusticie, propter nomen suum* », iusticie scilicet. Oportet enim iustum iuste agere, et amore solius iusticie. Istis concordat quod distinguitur gracia in operantem et cooperantem [2], prevenientem et subsequentem [3]. Hinc eciam est quod orando dicimus : « *acciones nostras, Domine, aspirando preveni et adiuvando prosequere, ut cuncta nostra operacio a te semper incipiat et per te incepta finiatur* [4] ».

§ 6.

Omnium potencior est sapiencia [v. 12]

« Omnium potencior est sapiencia ». « III Esdras, III : « *Forte est vinum, fortis rex, fortis mulier, super omnia vincit*

---

2 actum. *In E hoc verbum non clare scribitur.* — 4 eciam *om E.* — 5 dicitur ‖ dicit *C.* — 6 tua ‖ tu *C.* — 6 me *om C.* — 9 scilicet ‖ enim *C.* — 10 istis ‖ ista *E.*— 12 nostras *add EC* quas. — 13 adiuvando ‖ adiudicando *E.* — 18 III Esdras ‖ II Esdras *EC.*

---

lib. II, Dist. XXVII, q. I, a. 1 ; *De virtutibus*, q. I, a. 1 : « Ex his etiam potest, patere quod habitibus virtutum ad tria indigemus. Primo ut sit uniformitas in sua operatione ; ea enim quae ex sola operatione dependent, facile immutantur, nisi secundum aliquam inclinationem habitualem fuerint stabilita. Secundo ut operatio perfecta in promptu habeatur ; nisi enim potencia rationalis per habitum aliquomodo inclinetur ad unum, oportebit semper, cum necesse fuerit operari, praecedere inquisitionem de operatione... Tertio, ut delectabiliter perfecta operatio compleatur ; quod quidem fit per habitum ; qui cum sit per modum cujusdam naturae, operatione sibi propriam quasi naturalem reddit, et per consequens delectabilem. »

1. Si la formule d'Eckhart n'est pas claire, la doctrine cependant ne présente pas de difficulté spéciale. Un véritable acte de la vertu de justice, dit le maître, a pour fin la justice elle-même, de même qu'il est pour ainsi dire enraciné dans l'habitus de justice, d'où il découle comme d'un principe.

2. S. Thomas, *Summa Theol.*, I^{a}-II^{ae}, q. CXI, a. 2 ; *De veritate*, q. XXVII, a. 5, ad 1um, 2um.

3. S. Thomas, *ibid.*, a. 3.

4. Prière que le prêtre récite secrètement, en se préparant à célébrer la messe.

veritas » ; et hoc est quod hic dicitur : « OMNIUM POTENCIOR EST SAPIENCIA ».

§ 7.

SAPIENCIA APERUIT OS MUTORUM [v. 21]

« QUONIAM SAPIENCIA APERUIT OS MUTORUM ». De hoc diffuse valde predicando et exponendo notavi super illo : « *bene omnia fecit ; surdos fecit audire et mutos loqui* » [Marc. VII, v. 37], multipliciter.

CAP. XI

E = Col. 156
C = Fol. 73^{r-1}

§ 1.

PER QUE PECCAT QUIS, PER HEC ET TORQUETUR [v. 17]

« PER QUE PECCAT QUIS, PER HEC ET TORQUETUR ». Notandum quod omne peccatum duplicem habet penam : unam in se a qua nunquam separatur ; et hec est de qua dicitur Genesis IV, [v. 7] : « *statim in foribus peccatum aderit* », id est, pena peccati. Et hoc est quod AUGUSTINUS [1], in *Confess.* I, dicit : « *iussisti, Domine, et sic est, ut pena sibi sit omnis inordinatus animus* » ; et SENECA [2], *Epistola* LXXXVII, [C = 73^{r-2}] : « *magnum scelerum supplicium in ipsis est ; erras, si illa ad carnificem, ad carcerem differs ;*

2 est sapiencia || etc *C*. — 4 aperuit || apperuit *E*. — 4 *In marg. E :* XI. c. — 6 diffuse... exponendo *om C*. — 6 illo || isto *C*. — 8 multipliciter *om C*. — 13 *In marg. E :* XI. c. — 17 hec || hoc *E*. — 19 id est || prima *C*. — 20 in *om C*. — 21 Seneca || $sencu^a$ *E*. — 23 illa || illam *C*.

1. S. AUGUSTIN, I *Confess.*, cap. XII ; *P. L.*, t. XXXII, col. 670. — Ce texte est cité par ALBERT LE GRAND, *Summa Theol.*, II P., tr. XXII, q. 131, memb. 1 ; éd. BORGNET, t. XXXIII, p. 436; par s. THOMAS, *Summa Theol.*, I^a-II^{ae}, q. LXXXVII, a. 1, obj. 3.

2. SÉNÈQUE, *Epistola* LXXXVII ; éd., F. HAASE, Leipzig, Teubner, 1895, vol. III, p. 242, 25.

statim puniuntur dum facta sunt, immo dum fiunt ». AUGUSTINUS super Psalmo XXXII : « *malicie individua comes est miseria*[1] » et super [Psalmo] LI ait : « *exspectamus homini malo penam. Dimitte illum in se. Ut multum sevieris : bestia potest corpus eius lacerare ; ipse cor suum, animam suam lacerat. Interius in se ipse sevit, et tu exterius plagas inquiris*[2] ». Notavi de [E = col. 157] hoc plenius super illo Psalmo [XLI, v. 8] : « *abyssus abyssum invocat* ». Sic enim e converso rerum honestarum in ipsis precium est, sicut notavi super illo : « *hylarem datorem diligit Deus* ». II Cor. IX [v. 7].

Adhuc autem frequenter accidit quod homo in hiis que multum ambit et per que peccat, in ipsis punitur, vel quia frustratur hiis, ut non consequatur, aut cum labore et confusione consequatur, aut in ipsis assecutis, malum notabiliter inveniat, iuxta illud Eccle. [V. v. 12] : « *divicie conservate in malum domini sui* ». Exempla plura sunt in scriptura et in experiencia cottidiana, ut si Aman proprio suspendatur patibulo [Esther VII, v. 10], et Olofernis caput mucrone proprio amputetur [Judith XIII].

§ 2.

OMNIA IN MENSURA ET NUMERO ET PONDERE DISPOSUISTI [V. 21]

« OMNIA IN MENSURA ET NUMERO ET PONDERE DISPOSUISTI ». Notandum, quod omne productum et eductum sive

1 *In marg. E :* Augustinus. — 3 LI || libro illo *C.* — 5 lacerare || lacerari *E.* — 5 suam *om C.* — 6 inquiris || inquires *E.* — 7 de *dupl E* [col. 157]. — 7 illo || isto *C.* — 9 est *om C.* — 10 illo || isto *C.* — 10 II *om C.* — 12 Adhuc autem || ad literam tamen *E* ; ad literam cum *C.* — 14 consequatur || exequatur *C.* — 14 aut... consequatur *om C.* — 15 assecutis || assecutus *E* — 18 si || sic *E C.* — 18 Aman || Haman *C.* — 19 Olofernis || Holofernis *C.* — 24 omnia || omnis *C.*

1. S. AUGUSTIN, *Comm. in Psalmos ; P. L.*, t. XXXVI, col. 293, A.

2. IDEM, *Comm. in Psalmos; P. L.*, t. XXXVI, col. 605 A : « Exspectamus huic homini poenam. Parva sibi poena est ? Minaris ei : tu cum ei minaris quo cum vis mittere in malum ? Dimitte illum in se. Ut multum saevias, subjecturus es bestiis in seipsum pejor est bestiis. Bestia enim lacerare corpus ejus potest : ipse cor suum sanum relinquere non potest. Interius in se ipse saevit, et tu exterius plagas inquiris ? »

3. Eckhart revient au texte de la *Sagesse*, et nous expose ici le second genre de peine attachée au péché. Il ne s'agit plus de la peine intérieure, mais des dommages extérieurs que le péché prépare de lui-même à celui qui s'en rend coupable.

extra ductum ab inmenso, hoc ipso cadit sub mensura. Deus autem inmensus sine mensura est. Rursus cadens ab uno necessario cadit sub numero, extenso nomine numeri ad multa. Deus autem unus est [1]. Adhuc : omne procedens, egrediens et distans a fine, necessario cadit sub pondere, movente et inclinante in finem. Deus autem finis est. Sic ergo omnia producta et causata extra in creatura, a Deo inmenso, uno et fine, cuius proprium est inmensurabilitas, cadunt sub mensura, numero, et mutabilitate, sive pondere in aliud trahente. Et hoc est quod hic dicitur : « *omnia in mensura et numero, et pondere, disposuisti* » et apud AUGUSTINUM : modus, species et ordo [2]. Ostensum eciam est supra diffuse, quomodo in omni opere nature et artis [3], invenitur parens, partum, et nexus amoris [4], que respondent premissis tribus : mensure, numero et ponderi, et modo, speciei et ordini.

§ 3.

DILIGIS OMNIA QUE SUNT ET NICHIL ODISTI EORUM QUE FECISTI [V. 25]

Diffuse exponitur. Ibi multa invenies de natura et proprietate esse et nichili, et quomodo Deus scit et amat esse in omnibus. Nescit autem et odit ipsum nichil tantum.

« DILIGIS ENIM OMNIA QUE SUNT ET NICHIL ODISTI EORUM

5 egrediens *om* *E.* — 8 inmensurabilitas || inmutabilitas *C.* — 10 trahente || trahenti *C.* — 12 est *om E.* — 12 supra *om C.* — 15 mensure || mensura *E.* — 15 ponderi || pondere *E.* — 16 ordini || codini *(sic) E.* — 20 multa || nichil *C.* —21 nichili || nichil *C.* — 23 tantum || omnium *E.*

1. Voir *Archives*, t. III, p. 429, 431.

2. S. AUGUSTIN, *De natura boni*, cap. III ; *P. L.*, t. XLII, col. 553. S. THOMAS établit la même comparaison entre le texte de la *Sagesse* commenté ici par Eckhart, et le texte de s. Augustin : « Et ad haec etiam reducuntur illa tria : *numerus pondus* et *mensura*, quae ponuntur *Sap.* XI [v. 21] nam *mensura* refertur ad substantiam rei limitatam suis principiis, *numerus* ad speciem, *pondus* ad ordinem. Et ad haec etiam reducuntur illa tria quae ponit Augustinus, *modus, species* et *ordo*. ». *Summa Theol.*, I. P., q. XLV, a. 7. — Voir *Archives*, t. III, p. 378, n. 1.

3. Voir *Archives*, t. III, p. 348, n. 1.

4. Voir *Archives*, t. III, p. 366, 387. Nous n'insistons pas ici sur ces doctrines d'Eckhart que nous avons déjà rencontrées à maintes reprises au cours de cette étude.



QUE FECISTI ». « DILIGIS OMNIA ». AUGUSTINUS, primo *De doctrina christiana dicit : « quia Deus est bonus, sumus* [1] » ; et secundum hoc potest exponi quod hic dicitur : « DILIGIS OMNIA QUE SUNT ». Vel dic quod Deus diligit solum esse in rebus omnibus, et res omnes et singulas, inquantum sunt [2], et hoc est quod hic dicitur « DILIGIS OMNIA QUE SUNT ». Racio est quia amor et dileccio [3] semper boni est [4]. Esse autem, sive ens, et bonum et optimum convertuntur [5]. Adhuc autem Deus esse est, propter quod esse diligit in omni quod diligit, sicut omne agens se ipsum, et in se ipso, in suo simili effectu diligit. Hinc est quod generaliter unumquodque prout est, dicitur a Deo sciri et amari ; secundum illud vero quod non est, dicitur ab ipso nesciri et odiri [6],

---

2 quia || quod *E*. — 2 bonus *add C* est. — 2 sumus || summus *E*. — 4 in *om E*.

---

1. S. AUGUSTIN, *De doctrina christiana*, lib. I, cap. XXXII ; *P. L.*, t. XXXIV, col. 32, n. 35. Voir plus haut, p. 284, n. 1.

2. Voir *Archives*, t. III, p. 395. — Dieu aime l'être et n'aime que l'être. Eckhart va nous en donner la raison. L'objet de l'amour est le bien. Or le bien et l'être sont convertibles. Donc l'être seul ne peut être que l'objet de l'amour, sous son aspect de bien. C'est la doctrine classique, dont nous avons déjà vu un grand nombre d'applications dans maître Eckhart, et que nous mettrons en lumière dans une prochaine étude.

3. Voir plus bas, p. 318, n. 1.

4. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, Ia-IIae, q. XXVII, a. 1, a. 2 ; q. XXIX, a. 1, etc.

5. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. V, a. 3 ; q. XLIX, a. 1, 3 ; *De veritate* q. XXI, a. 2.

c) Le premier corps est le ciel. Voir les textes cités dans le paragraphe précédent. Voir aussi *Summa Theol.*, I P., q. LXVII, a. 3, ad 3um ; etc. Le texte de s. AUGUSTIN : « *lux tenet primum locum in corporibus* », faisait objection à cette théorie physique d'après laquelle la lumière n'est pas un corps. S. THOMAS a donc dû — comme Eckhart — expliquer ce texte. Voir I P., q. L XVII, a. 2 ad 1um : « Augustinus accipit lucem pro corpore lucido in actu, scilicet pro igne, quod inter quatuor elementa nobilissimum est. ». — *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XIII, q. I, a. 3 : « ...sicut tenebra sumitur quandoque pro aere obscurato, ut supra dictum est, ita etiam lux pro corpore lucido sumitur : et sic potest intelligi quod Augustinus lucem aliis corporibus connumerat per modum loquendi, quo etiam Commentator in II *De anima*, calorem naturalem corpus esse probat. Nihilominus Augustinus non intendit hoc asserere quasi fidei conveniens, sed sicut utens his quae philosophiam addiscens audierat. *Et ideo illae auctoritates parum cogunt.* »

1. S. THOMAS l'enseigne aussi, mais en termes plus nuancés, et avec plus de réserve : « ...Generatum generanti assimilatur in omnibus illis quae ad naturam speciei pertinent, nisi adveniat impedimentum, ut in monstris apparet ; non autem oportet quod assimiletur in proprietatibus quae consequuntur individuum ratione individui : et si aliquando contingat quod in aliquibus proprietatibus etiam personalibus assimiletur proles patri, hoc tantum accidit in accidentibus corporibus, sicut quod albus generat album, et podagricus podagricum ; non autem in perfectionibus animae generat sibi similem secundum actum, ut grammaticus generet grammaticum, sed forte secundum aptitudinem tantum, secundum quod ex complexione corporis unus est habilior alio ad scientiam vel virtutem. » *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XX, q. II, a. 3. — Voir aussi Dist. XXXIII q. I, a. 1, ad 1um ; *Summa Theol.*, I P., q. CI, a. 1 ; I^{a} - II^{ae}, q. LXXXI, a. 2.

§ 2.

QUIS ENIM DICET TIBI : QUID FECISTI ? [v. 12]

« QUIS ENIM DICET TIBI : QUID FECISTI ? ». De hoc notavi plene super illo Iob IX [v. 12] : « *quis dicere ei potest : cur hoc facis ?* [1] »

§ 3.

CUI CURA EST DE OMNIBUS [v. 13]

Ibi invenies, sed breviter, de providencia divina.

« CUI CURA EST DE OMNIBUS ». Notavi de hoc prius, capitulo sexto, super illo : « *equaliter cura est illi de omnibus* [2] ». Hoc tamen ad presens notandum quod providencia Dei et omnis eius operacio in creatura, sed et in ipsa creacione universi, primo et per se directe respicit esse et bonum omnium et commune, secundum quem modum unum semper est ab [E = col. 161] uno in omni operacione, puta totum a toto inmediate, et secundum quem modum nichil est malum. Bono enim communi omnium nichil est oppositum, nec nocivum, sive contrarium, nisi malum commune omnium sive omnibus. Hoc autem nichil est, nec ens est per se, nec esse potest [3]. Propter quod PHILOSOPHUS ait : « *si summum sive purum malum esset, se ipsum corrumperet* ».

4 illo ‖ isto *C*. — 4 ei *om C*. — 10 illo ‖ ista *C*. — 11 hoc ‖ hec *E*. — 15 operacione ‖ opere *C*. — 17 bono ‖ bonum *C*. — 19 hoc ‖ hic *C*. — 19 nec ens ‖ ut ens *E*.

1. Dans notre étude générale sur maître Eckhart, nous reviendrons sur toutes les références qu'Eckhart donne à ses propres œuvres.

2. Voir *Archives*, t. III, p. 392.

3. Toutes ces doctrines contenues dans ce paragraphe, nous les avons rencontrées souvent dans ce commentaire d'Eckhart sur la *Sagesse*. C'est pourquoi nous n'y revenons plus ici.

4. ARISTOTE. *Ethic. ad Nicom*, lib. IV, cap. V; éd. Berlin 1126 a, 13 : « Τὸ γὰρ κακὸν καὶ ἑαυτὸ ἀπόλλυσι κἂν ὁλόκληρον ῇ, ἀφόρητον γίνεται = nam cum malum esse omne per se perdat atque interimat, tum si integrum sit, intolerabile efficitur. » Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXXIV, a. 5, 2° sed contra : « Praeterea, Philosophus dicit IV *Ethic.*, cap. XIII, quod malum si sit integrum, seipsum destrueret ». Voir aussi *Comm. Ethic.*, lib. IV, lect. XIII.

§ 4.

CUM ERGO SIS IUSTUS, IUSTE OMNIA DISPONIS [V. 15]

Ibi multa invenies de li iustus et de li iuste, et de li omnia disponis.

« CUM ERGO SIS IUSTUS, IUSTE OMNIA DISPONIS». Nota: tria hic dicit : « CUM SIS IUSTUS », item : « IUSTE », item : « OMNIA DISPONIS».

De primo nota : iustus debet esse qui iudicat, Eccli. XXXIV [v. 4] : « *ab inmundo quid mundabitur* » et GREGORIUS [1] : « *sordes tergere non valet manus que sordes tenet* ». Hinc est illud Genes. [IV, v. 4] : « *respexit Dominus ad Abel et ad munera eius* ». Supra primo [Sap. I, v. 1] : « *diligite iusticiam qui iudicatis terram* ». Ad hoc est quod apud gramaticos partes declinabiles regunt partes indeclinabiles ; sic ergo iustus quis necesse est ut iudicet iuste. « IUSTUS » enim, declinabile, « IUSTE », indeclinabile. Racio premissorum omnium est primo, quia eius est operari cuius esse est [2] ; monstrum enim est operari quod non est ; unde CRISOSTOMUS super Matth. contra ypocritas ait : « *ypocrita quod malum est apparere peius est esse, quod bonum apparere melius est esse ; aut ergo appare esse quod es, aut esto quod appares* [3] ».

Secunda racio est, quia opus virtutis est ex habitu [4] ; hinc est quod omnes actus precedentes habitum sunt inper-

3 de li iustus et *om E.* — 4 disponis ‖ disposicionis *C.* — 6 hic *om C.* — 8 iudicat ‖ iudidat *E.* — 9 XXXIV ‖ 33 *E C.* — 13 terram *om E.* — 15 quis *om C.* — 18 esse est ‖ est esse *C.* — 19 Crisostomus *om E.* — 20 bonum *add C* est. — 21 appare ‖ apparere *C.* — 23 racio est *om C* est. — 24 omnes ‖ omnis *E C.*

1. S. GRÉGOIRE écrit dans son *Regulae Pastoralis liber*, P. II, cap. II ; *P. L.*, t. LXXVII, col. 27 A : « quia necesse est ut esse munda studeat manus, quae diluere sordes curat. ». Dans le liv. I des *Epîtres*, Epistola XXV, s. Grégoire répète cette sentence, exactement dans les mêmes termes, *P. L.*, *ibid.*, col. 469 B.

2. Formulation de ce principe aristotélicien exposé si souvent par s. THOMAS : operari sequitur esse. Voir par exemple, *Summa Theol.*, I P., q. LXXXIX, a. 1 : « modus operandi unuiscujusque rei sequitur modum esendi ipsius. »

3. Nous n'avons pas retrouvé ce texte précis dans les œuvres de S. Jean Chrysostome. L'idée est exprimée dans l'*Opus imperfectum in Matthaeum*, Hom. XIII ; *P. G.*, t. LVI, col. 707 et passim.

4. C'est la doctrine de s. THOMAS. Voir *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXVII, q. I, a. 1 ; *De virtutibus*, q. I, a. 1 ; *Summa Theol.*, Iª - IIªᵉ, q. LV, a. 1.

fecti, nec sunt opera virtutis proprie. Hoc est ergo quod ait primo : « CUM SIS IUSTUS ».

Sequitur de secundo quod ait : « IUSTE ». Non enim sufficit facere iusta nisi fiant iuste. Non enim merentur nomina, sed adverbia ; unde PHILOSOPHUS ait : « *non qui facit gramaticalia, gramaticus est, sed qui gramatice* [1] », neque qui iusta facit, iustus est, sed qui iuste, Psalmo [LVII, v. 2] « *iuste iudicate, filii hominum* [2] ». Deuter. XVI [v. 20] : « *Iuste quod iustum est, exequeris* ». Hinc est illud AUGUSTINI, I *Confess.* [cap. XII] : « *nemo invitus bene facit, eciam si bonum est quod facit* [3] » ; et iterum : « *nemo peccat, eciam si malum est quod facit, si nolens et invite facit* ». Luc. XI [v. 35] : « *vide ne lumen quod in te est, tenebre sint. Lucerna corporis tui est oculus tuus* ». [Luc. XI, v. 34 ; Matth. VI, v. 22]. « *oculus intencio est* », secundum YSIDORUM, *De summo bono*, libro fortassis secundo [4], et AMBROSIUS, *De Officiis*, libro [I] : « *affectus tuus operi tuo nomen inpo-*

2 sis ‖ sit *C*. — 4 fiant ‖ fiat *E*. — 7 iusta ‖ iuste *E*. — 8 filii ‖ filium *C*. — 12 est *om E*. — 14 est oculus tuus ‖ oculus tuus est *C*. — 17 affectus ‖ effectus *C*.

1. ARISTOTE, *Ethic. ad Nicom.*, lib. II, ch. IV ; éd. Berlin, 1105 a, 23 : « Τότε οὖν ἔσται γραμματικός, ἐὰν καὶ γραμματικόν τι ποιήσῃ καὶ γραμματικῶς = ergo ita denique grammaticus erit, si et grammatice munus aliquod obierit, et grammatice. ». — Dans le *De malo*, q. II, a. 4, ad 11um, s. THOMAS nous donne sa doctrine sur les différents points exposés dans cette seconde raison de maître Eckhart : « Aliqui actus dicuntur virtuosi vel vitiosi non solum ex hoc quod procedunt ex habitu virtutis vel vitii, sed quia sunt similes illis actibus qui a talibus habitibus procedunt. Unde etiam aliquis antequam habeat virtutem, operatur actum virtuosum ; aliter tamen postquam habeat virtutem. Nam antequam habeat virtutem, operatur quidem justa, sed non juste, et caste, sed non caste ; sed postquam habet virtutem, operatur justa juste, et casta caste, ut patet per Philosophum, II *Ethic.*, cap. IV. » Eckhart reprend exactement cet enseignement, et à peu près dans les mêmes termes.

2. La Vulgate dit : « Recta judicate, filii hominum. ». Au lieu de *recta*, Eckhart emploie *juste*. Même le substantif *recta* ne viendrait pas ici corroborer la doctrine d'Eckhart.

3. S. AUGUSTIN, *Confess.*, lib. I, cap. XII ; *P. L.*, t. XXXII, col. 669, n° 19. Ce texte est cité aussi à deux reprises par PIERRE LOMBARD dans ses *Sentences*, liv. II, Dist. XL ; ed. Quaracchi, t. I, p. 519, n° 365 ; et Dist. XLI ; *ibid.*, p. 524, n° 370. S. Thomas l'allègue très fréquemment.

4. Maître Eckhart n'est pas sûr de sa référence. Nous n'avons pas retrouvé ce texte dans Isidore ; mais nous le lisons dans S. AUGUSTIN, *De sermone Domini*, lib. II, cap. XIII ; *P. L.*, t. XXXIV, col. 1289, n. 45 : « Oculum ergo hic accipere debemus ipsam intentionem. » S. Thomas dit aussi, *De veritate*, q. XXII, a. 13 : « Quia super illud Luc. XI, 34 : *Lucerna corporis tui est oculus tuus*, Glossa, id est *intentio*. » Et dans la glose de WALAFRID STRABON, *P. L.*, t. CXIV, col. 232, nous lisons : « Post institutionem rectae fidei etiam de bonis operibus et bona intentione instruit, ut non tantum opera, sed etiam cogitationes et cordis intentiones mundentur, quasi dicat : Ego lucernam fidei in vestris sensibus accendo,

nit [1] ». Sic ergo ex premissis patet, quod non quid fiat sive in iusto sive in malo pensandum est, sed quo affectu, et qualiter fiat, et hoc est quod hic dicitur : « IUSTE ».

Sequitur : « OMNIA DISPONIS ». Circa quod tria sunt notanda.

Primo quod omnis causa secunda providet sive disponit naturaliter hiis que post se et sub se sunt. Deus autem solus, utpote prima causa, providet, curat et disponit omnia, sicut hic dicitur : « OMNIA DISPONIS ». Unde signanter ei quod hic dicitur : « *cui cura est de omnibus* » premittitur : *nec enim alius deus est quam tu* » [Sap. XII, v. 13].

Secundo ait : « OMNIA DISPONIS », eo quod supra dictum est, disponit singulum [C = Fol. 74^{v-1}] in entibus secundum convenienciam et congruenciam ad omnia, id est ad totum universum [2]. Oculus enim non sibi plus quam pedi videt, sed nec sibi nec pedi, nisi racione tocius hominis [3].

[E = col. 162]. Tercio ait : « OMNIA DISPONIS », contra eos qui aliquos iudicant, aliis parcunt timore vel amore, contra illud Psalmi [VIII, v. 6] : « *intende ad visitandas omnes gentes ; non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem* ».

---

2 in malo *om E* in. — 4 sunt notanda || notandum *E*. — 6 secunda || secundaria *C*. — 8 prima || pura *C*. — 8 curat || creat *C*. — 9 Unde || ubi *C*. — 11 alius deus est || est alius deus *C*. — 12 eo || e contra *E*. — 13 singulum || sigulum *E*. — 14 id est ad totum universum || enim totum *C*. — 16 nec pedi || vel pedi *C*. — 16 nisi racione || nichil, recte *C*. — 18 timore || honore *C*.

---

et in Ecclesiam pono. Vos autem, quantum ex vobis est, lucernas vestras accendite, id est intentiones cordis vestri mundate, ut ex intentione munda placeant etiam opera. »

1. S. AMBROISE, *De officiis ministrorum*, lib. I, cap. XXX ; *P. L.*, t. XVI, col. 66, nº 147. Ce texte est passé dans les *Sentences* de PIERRE LOMBARD, liv. II, Dist. XL; éd. Quaracchi, t. I, p. 518, n. 364. Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XL, q. I, a. 2 ; lib. IV, Dist. VI, q. I, a. 2 ; *De veritate*, q. XXII, a. 13, sed contra.

Remarquons que maître Eckhart rassemble ici un certain nombre de textes que nous lisons chez P. LOMBARD, *Sentences*, liv. II, Dist. XL ; et dans s. THOMAS *De veritate*, q. XXII, a. 13.

2 Voir plus haut, p. 326-327.

3. S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. LXV, a. 2, gradue les différentes fins des parties d'un tout, leurs relations entre elles, et leurs relations vis-à-vis du tout : « Si autem alicujus totius et partium ejus velimus finem assignare, inveniemus :

a) PRIMO quidem, quod singulae partes sunt propter suos actus, sicut oculus ad videndum.

b) SECUNDO vero, quod pars ignobilior est propter nobiliorem, sicut sensus propter intellectum, et pulmo propter cor.

c) TERTIO vero, omnes partes sunt propter perfectionem totius, sicut et materia propter formam ; partes enim sunt quasi materia totius.

§ 5.

CUM TRANQUILLITATE IUDICAS ET CUM MAGNA REVERENCIA DISPONIS NOS [v. 18]

« TU AUTEM, DOMINATOR VIRTUTIS, CUM TRANQUILLITATE IUDICAS ET CUM MAGNA REVERENCIA DISPONIS NOS ». Nota : tria debent concurrere in iudice : potencia, sapiencia et benignitas. Indivisa enim sunt opera trinitatis [1] : Patris potencia : « TU AUTEM DOMINATOR VIRTUTIS » ; Filii sapiencia : « CUM TRANQUILLITATE IUDICAS », tranquillitate quidem prudencie non ex passione ; item benignitas Spiritus Sancti : « CUM MAGNA REVERENCIA DISPONIS NOS ».

Rursus nota tria : primo quod ait : « IUDICAS », contra eos qui respectu aliquo quocumque forinsecus pretermittunt iudicare. Secundo ait : « CUM TRANQUILLITATE », contra eos qui nimis imperiose et ex passione acriter nimis puniunt. Tercio ait : « CUM MAGNA REVERENCIA DISPONIS NOS », ut iudex, quantum est possibile, semper nitatur salvare famam eorum quos iudicat : « *obstetricante enim manu educitur coluber tortuosus* », Iob. [XXVI, v. 13], et AUGUSTINUS [2] ait : « *qui preest magis appetat amari quam timeri* ».

§ 6.

PUERIS INSENSATIS IUDICIUM IN DERISUM DEDISTI. [v. 25].

« PUERIS INSENSATIS IN DERISUM DEDISTI ». Ad litteram : quando iuvenibus etate pueris, vel moribus insensatis (nichil enim differt, secundum PHILOSOPHUM [3], etate puer vel

8 autem *om E.* — 8 filii || alii *C.* — 9 *In marg. E* : Nota prior b. *(sic)* — 12 iudicas || iudica *C.* — 12 contra || qua *C.* — 15 puniunt || premunt *C.* — 18 obstetricante || obst'et'te *E* ; obstente *C.* — 22 pueris || pius *C.* — 26 differt || diceret *E.*

1. Voir *Archives*, t. III, p. 389, n. 1.

2. S. AUGUSTIN, *Regula ad servos Dei*; *P. L.*, t. XXXII, col. 1384, n. 11.

3. Eckhart fait peut-être allusion au texte d'ARISTOTE, *Ethic. ad Nicom.*, lib. VI, ch. VIII; éd. Berlin, 1142 a, 12 : « Σημεῖον δ'ἐστὶ τοῦ εἰρημένου καὶ διότι γεωμετρικοὶ μὲν νέοι καὶ μαθηματικοὶ γίνονται καὶ σοφοὶ τὰ τοιαῦτα, φρόνιμος δ'οὐ δοκεῖ γίνεσθαι, etc. = cujus rei hoc argumentum est quod juvenes et geometrae et mathematici et talibus disciplinis eruditi fiunt, prudentes non fiunt. »

moribus), iudicium tribuitur, fit in derisum, et ipsum officium sive status et dignitas iudiciaria, et eciam ipse qui iudex constituitur, et ipse qui illum constituit indigne. Unde PHILOSOPHUS ait quod : « *nemo eligit iuvenes duces, eo quod non constat eos esse sapientes* [1].

CAP. XIII

E = col. 162
C = Fol. 74v-1

§ I.

VANI SUNT OMNES HOMINES, IN QUIBUS NON SUBEST SCIENCIA DEI [V. I]

« VANI AUTEM SUNT OMNES HOMINES, IN QUIBUS NON SUBEST SCIENCIA DEI ». Vanum quasi vacuum, per sincopim, sicut Roma et Romula, almus et altissimus, vel inane. Vacuus autem est omnis carens Deo ; carens enim Deo caret esse, et per consequens nichil est, vacuus et inanis[2], id est sine an est [3].

Secundo notandum, quod sicut omne ens formale extra in rebus est ab ipso esse Dei, per ipsum, et in ipso, sic omnis

1 iudicium || indicium *C.* — 1 ipsum officium || officium ipsum *C.* — 2 eciam *om C.* — 4 ait quod || ait qui *E.* — 12 *In marg. E* ·XIII· *C.* — 12 autem *om E.* — 15 est *om C.* — 15 carens Deo *dupl C* deo.

1. ARISTOTE, *Topic.*, lib. III ch. II; éd. Berlin, 117 a, 29 : « Οὐδεὶς γὰρ τοὺς νέους αἱρεῖται ἡγεμόνας διὰ τὸ μὴ ἀξιοῦν φρονίμους εἶναι = nemo namque adoleseentes duces eligit, propterea quod pro prudentibus non habentur. » — S. THOMAS cite ce texte des *Topiques*, dans la *Summa Theol.*, IIa-IIae, q. XLCII, a. 14.

2. Doctrine sur laquelle nous nous sommes déjà arrêté longuement, à maintes reprises.

3. A propos de chaque être on peut poser deux questions essentielles : tout d'abord, existe-t-il : *an est* ? Ensuite, qu'est-il : *quid est*. Deux substantifs ont été formés au moyen âge dans les traductions arabico-latines pour ces deux questions : les mots *quidditas*, et *annitas*. Chez s. Thomas, on ne trouve pas, du moins à ma connaissance, le terme *annitas* ; mais par contre Eckhart l'a employé. Voir par exemple, *Archiv*, t. II, p. 560, 3 : « Quod soli Deo convenit, cujus quidditas est sua annitas, nec habet quidditatem preter solam annitatem, quam esse significat, » Pour Avicenne, voir éd. Venise, 1508, fol. 99. où nous lisons *unitas*, au lieu de *annitas*, comme le P. DENIFLE, *Archiv*, t. II, p. 440, n. 1, le remarque.

* Dans son *Commentaire sur L'Exode*, *Archiv*. t. II, p. 501, Eckhart écrit encore : « ...propter hoc alia est questio : an est, querens de annitate sive de esse rei, alia

veritas sive sciencia in hominibus est ab ipso Deo [1], ut veritas et sapiencia, secundum illud Ioh. [XIV, v. 26] : « *ille vos docebit omnia* » et iterum cap. [XVI, v. 13] : « *ille vos docebit omnem veritatem* » ; Eccli. I [v. 1] : « *omnis sapiencia a Domino Deo est* ; et AMBROSIUS [2] : « *omne verum, a quocunque dicatur, a Spiritu sancto est* » ; omne siquidem verum sola veritate verum est. « *Deus autem veritas* », Ioh. XIV [v. 6] [3]. Carens igitur sciencia Dei vanus est, et vacuus, et si nomen videatur habere sapientis, Rom. [I,v.22] : « *dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt* », et Rom. [VIII, v. 7] : « *prudencia carnis inimica est Deo* [4] ».

Tercio notandum, quod ait : « SUBEST », in quo notatur humilitas que requiritur et concomitatur sapienciam[5], Ysai. XXVIII [v. 9] : « *quem docebit* » sapienciam et « *scienciam* » nisi humilem ? — Proverb. XI [v. 2] « *ubi humilitas, ibi est sapiencia* ». Unde et PTOLOMEUS in Proverbio, ait : « *qui inter sapientes est humilior, inter sapientes sapientior est* ».

---

1 sive || sine *C*. — 3 vos docebit || docebit vos *C*. — 7 veritas *add C* est. — 9 videatur || videantur *E* — 9 sapientis || sapientes *E*. — 10 Rom. || Petri *E C*. — 13 requiritur || requirit *C*. — 14 quem || quoniam *C*. | 14 sapienciam et *om E*. — 15 est sapiencia || sapiencia est *C*. — 17 sapientior est || est sapiencior *C*.

---

questio : quid est, querens ut dictum de quidditate sive natura ipsius rei. Unde querenti, quid sit homo, vel quid sit angelus, stultum est respondere, quia est sive hominem esse, sive angelum esse. In Deo autem, ubi annitas est ipsa quidditas, convenienter respondetur querenti : quis aut quid sit Deus, quod deus est ».

Eckhart nous dit ici : ce qui est privé de Dieu est privé de l'être ; par conséquent, il n'est rien, et la question : *an est*, n'a pas lieu d'être posée à son sujet.

1. C'est l'enseignement de s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XVI, a. 6 ; *De veritate*, q. I, a. 4, 8 ; *Comm. sent.*, lib. I, Dist. XIX, q. V, a. 2.

2. S. AMBROISE, *Comm. in Epistol. ad Corinth. primam*, cap. XII, v. 3 ; *P. L.*, t. XVII, col. 245 B. Ce texte est inséré dans les *Sentences* de PIERRE LOMBARD, lib. I, Dist. XLVI, cap. VII ; éd. Quaracchi, t. I, p. 286, n. 426. S. THOMAS l'a cité à maintes reprises. Voir par exemple, son *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. XIX, q. V, a. 2 ; *De veritate*, q. I, a. 8, sed contra. — Depuis Erasme on n'admet plus l'authenticité de ces commentaires attribués au moyen âge à s. Ambroise, et dont on ignore le véritable auteur.

3. Voir aussi I° Épître de S. Jean, ch. V, 6.

4. Dans le texte de la Vulgate, nous avons : *sapientia carnis*. Le terme : *prudentia* est employé par s. Paul, au verset précédent.

5. Commentant le texte des *Proverbes*, XI, v. 2, que cite Eckhart deux lignes plus loin, s. THOMAS fait la même remarque : « Humilitas et sapientia inveniuntur in eodem homine, inquantum humilitas ad sapientiam disponit : quia qui humilis est, subjicit se sapientibus ad dicendum, et non innititur sensui proprio. » *De malo*, q. VIII, a. 3, ad 3um.

Vel ait : « SUBEST », scilicet caritati, quia [E = 163] « *sciencia* » secundum se « *inflat* », et sic est vana ; « *caritas autem edificat* » [I] Corinth. [VIII, v. 1].

Rursus eciam sapiencia Dei, *Verbum*, secundum AUGUSTINUM « *noticia cum amore est* [1] », « *nec verbum sine* [C = Fol. 74v-2] *spiritu est* », secundum DAMASCENUM [2]. Ait ergo : « VANI SUNT OMNES HOMINES, IN QUIBUS SCIENCIA DEI NON SUBEST », id est sciencia cum caritate.

Vel dic quarto quod « VANI SUNT OMNES HOMINES IN QUIBUS SCIENCIA DEI » non subest operibus : « *scire enim facit parum in moralibus* », ut ait PHILOSOPHUS [3]. Psalm. [CX, v. 10] : « *intellectus bonus omnibus facientibus eum* » ; et « *fides sine operibus mortua est* ». [Iacobi II, v. 17]. Tales enim sunt ficus fatua, sichomorus, Luc. XIX ; [v. 4] [4], folia sine fructu, Matth. [XXI, v. 19].

§ 2.

NON POTUERUNT INTELLIGERE EUM QUI EST [v. 1].

« NON POTUERUNT INTELLIGERE EUM QUI EST ». Notavi

2 vana || vacua *C*. — 7 sciencia Dei non subest || non subest scientia Dei *C*. — 8 id est sciencia... non subest *om E*. — 13 est *om C*. — 13 Iacobi || Petri *E C*. — 14 sichomorus... Matth. XXI *om C*. — 15 XXI || XI *E*.

1. S. AUGUSTIN, *De Trinitate*, lib. IX, cap. X ; *P. L.*, t. XLII, col. 969. Voir PIERRE LOMBARD, *Sentences*, lib. I, Dist. III, cap. III ; éd. Quaracchi, t. I, p. 37, n° 46-47, et note 3.

S. THOMAS a cité fréquemment ce texte : *Summa Theol.*, I P., q. XXXIV, a 1, obj. 2 ; *De veritate*, q. IX, a. 1, sed contra ; *ibid.*, a. 2, obj. 2 ; a. 3, obj. 3 ; *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. XXVII, q. II, a. 2, obj. 1.

2. S. JEAN DAMASCÈNE, *De fide orthodoxa*, lib. I, cap. VII ; *P. G.*, t. XCIV, col. 805 : « Οὐ γὰρ ἐνέλειψέ ποτε τῷ Πατρὶ Λόγος, οὔτε τῷ Λόγῳ Πνεῦμα = Neque enim Patri Verbum unquam defuit, nec Verbo Spiritus ». Voir aussi cap. VI, *ibid.* col. 804 : « ὥσπερ γὰρ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐκ τοῦ νοῦ προερχόμενος, οὔτε δι' ὅλου ὁ αὐτός ἐστι τῷ νῷ, οὔτε παντάπασιν ἕτερος, etc : sicut enim sermo noster ex mente progrediens, nec prorsus cum mente idem est, nec sursum omnino ab ea diversus, etc... »

3. ARISTOTE, *Ethic. ad Nicom.*, lib. IV, cap. IV ; éd. Berlin 1105 b, 2 : « Πρὸς δὲ τὰς ἀρετὰς τὸ μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει = ad virtutes autem comparandas cum scientia parum aut nihil valeat ». Voir s. THOMAS, *Comm. Ethic.* lib. II, lect. III ; *Comm. Sent.*, lib. III, Dist. XXXV, q. I, a. 3, qa II, ad 2um ; *Summa Theol.*, Ia. IIae, q. CLXXX, a. 2.

4. Eckhart bloque ici deux textes de l'Évangile : *ficus fatua*, qui fait allusion au figuier stérile, Luc XIII, v. 6, et *sichomorus*, en nous renvoyant à Luc XIX, [v. 4].



de hoc diffuse super isto : « *qui est, misit me. Ego sum qui sum* » [Ex. III, v. 14] [1].

§ 3.

SOLEM AUT LUNAM, RECTORES ORBIS TERRARUM, DEOS PUTAVERUNT [v. 2]

Ibi multa invenies de sole, luna et planetis aliis quinque et de li « DEOS PUTAVERUNT ».

« SOLEM AUT LUNAM, RECTORES ORBIS TERRARUM, DEOS PUTAVERUNT ». Notandum, quod efficacia istorum duorum planetarum magis apparet in hoc mundo nostro, Solis quidem tum pro sui magnitudine, tum pro sui luminositate, tum eciam quia cor celi, *mens mundi, dux et princeps planetarum*, et *eorum moderator* [2] est apud astronomos; Lune vero, utpote vicine nobis [3], et applicantis virtutes omnes celestium corporum, se ipsa mediante et sua virtute, mundo inferiori. Propter quod secundum ista duo corpora Solis et Lune distinguntur tempora et actus rerum inferiorum secundum cursum istorum duorum. Propter quod ista dicuntur « *duo magna luminaria* », Genes. I., [v. 16], quamvis Luna sit de minimis corporum celestium, longe eciam minor ipsa Terra, sicut manifeste ostenditur ex eclipsi Lune causataa cono umbre Terre [4]. Propter hoc ergo et multa alia, presertim quia alii quinque planete communiter latent tam in suis corporibus quam in suis effectibus, quos tamen habent formalissimos et universalissimos, eciam plus quam Sol, latentes tamen ; et ideo vulgares communiter predictos, scilicet Solem et Lunam, diviniores estimant, rectores mundi

7 et de li *om E.* — 9 duorum *om C.* — 11 pro sui || profui *E.* — 12 eciam *om E* 12 princeps || principes *E.* — 18 duorum *om C.* — 18 quod || quem *C.* — 19 I || 5° *C.* — 20 corporum || corporalium *E.* — 21 sicut || sint *C.* — 23 suis *om E.* — 24 tamen *om E.* — 25 universalissimos || universaliores *C.* — 26 scilicet *om C.*

1. P. DENIFLE, *Archiv*, t. II, p. 556 sq.

2. Ces dénominations sont prises de MACROBE, *Comm. in Somnium Scipionis* lib, I, cap. XX; éd. L. JANUS, Leipzig, 1848, p. 110 : « Cicero... ostendens in sole maximum lumen esse, non solum, ait : *dux et princeps et moderator luminum reliquorum... mens mundi.* »

3. MACROBE, *ibid.*, p. 93 : « Unde et lunae sphaeram, quasi a coelo ultimam, et vicinam terrae, minimam dixit. »

4. Voir s. THOMAS, *Posteriorum Analyticorum*, lib. I, lect. XLII; lib. II, lect. I.

vocant et deos. Et hoc est quod hic dicitur : « SOLEM ET LUNAM, RECTORES ORBIS TERRARUM DEOS PUTAVERUNT ».

Iuxta quod secundo notandum, quod cum *vita nostra consistat principaliter in duobus, crescere scilicet et sentire, sentiendi naturam de sole, crescendi vero naturam de luna ad nos pervenire* dicebant antiqui; propter quod aliorum quinque planetarum vires et beneficia accipiebant ex ordine et concordia sui ad Solem et Lunam ; dicebant enim Venerem et Iovem esse benivolos, quia utrique, Soli scilicet et Lune, numerali quadam proporcione necti et correspondere putabant, sed *Iovem soli per omnia, Lune vero per plures* ; propter quod Iupiter primatum tenet et primum locum in benivolencia ; Venus autem quia Lune concordat per omnia, Soli vero per plura, respondet armonia numerali ; hinc est quod secundum locum tenet in benivolencia, eo *quod ipsa sit lune acomodacior, Iupiter autem soli. Saturnus autem et Mars non habent talem correspondenciam* et convenienciam numeralis armonie ad Solem et Lunam, *luminaribus vite*, propter quod non estimantur benivoli, sed pocius malivoli, utpote discordes a Sole et Luna, *auctoribus vite ;* secundum illud Iupiter atque Venus boni sunt, Saturnus Marsque maligni. Hanc racionem commentator *Sompnii Scipionis* in primo libro, MACROBIUS, dicit [E = col. 164] assignare PTHOLOMEUM in tribus libris quos *De armonia* composuit [1].

2 rectores... putaverunt || etc *C*.— 3 *In marg. E*: nota de planetis— 4 consistat || consistant *EC*. — 4 sentire, sentiendi || scire, sciendi *EC*. — 9 et *om E C*. — 10 numerali || numerari *C*. — 10 putabant *om E C*. — 12 primatum || privatum *E*. — 14 armonia || armonie *C*. — 15 acomodacior || acomodator *C*. — 17 correspondenciam || comprehendenciam *C*. — 17 et || sive *C*. — 18 propter || semper *C*. — 20 auctoribus || actoribus *C*. — 21 boni || bene *E C*. — 22 Scipionis || Cypionis *E*. — 23 dicit || sic *C*.

1. Toute cette physique est empruntée à MACROBE, *Comm. in Somm. Scipionis*, lib. I, cap. XIX ; éd. L. JANUS, Leipzig, 1848, p. 107 et 19.

« Causam si quis forte altius querat, unde divinis malevolentia, ut stella malefica esse dicatur (sicut de Martis et Saturni stellis existimatur), aut cur notabilior benignitas Jovis et Veneris inter genethliacos habeatur, cum sit divinorum una natura, in medium proferam rationem apud unum omnino, quod sciam, lectam. Nam Ptolemaeus in libris tribus quos de harmonia composuit patefecit causam, quam breviter explicabo. Certi, inquit, sunt numeri per quos inter omnia quae sibi convenienter iunguntur et aptantur fit iugabilis competentia, nec quicquam potest alteri nisi per hos numeros convenire... Vitam vero nostram praecipue sol et luna moderantur. Nam cum sit caducorum corporum haec duo propria, sentire vel crescere : αἰσθητικόν, id est sentiendi natura, de sole, φυτικόν autem, id est crescendi natura, de lunari ad nos globositate perveniunt. Sic utriusque luminis beneficio haec nobis constat vita qua fruimur. Conversatio tamen nostra et proventus actuum tam ad

Breviter autem vult dicere quod Sol et Luna actores sunt vite, et « RECTORES ORBIS TERRARUM », sicut hic dicitur ; alii vero quinque planete sorciuntur regnum et bonitatem influencie, secundum convenienciam maiorem vel minorem cum Sole et Luna. Iupiter potissime cum Sole, Venus cum Luna ; e contrario autem Saturnus et Mars non habent, ut videtur, talem convenienciam armonie numeralis, qua rerum species et numeri[1] constituuntur ad Solem et Lunam, propter quod ipsorum influencia non sic est [C = col. 75^{r-1}] salutaris seu vitalis. De ipsorum tamen influencia et efficiencia formaliori docet PTHOLOMEUS in diversis locis ; specialiter tamen in *Centilogio*, proposicione LXXXVI sic ait : « *Sol est origo virtutis vitalis, Luna vero virtutis naturalis* [2] *;* Saturnus [3] virtutis retentive ; Iupiter virtutis cres-

2 et || ut *E*. — 3 planete *om C*. — 7 numeralis || naturalis *C*. — 8 et numeri || t numeri *E*. — 11 *In marg. E* : Ptholomeus. — 13 vero *om E*.

ipsa duo lumina quam ad quinque vagas stellas refertur : sed harum stellarum alias interventus numerorum quorum supra fecimus mentionem cum luminibus bene iungat ac sociat, alias nullus applicat numeri nexus ad lumina Ergo Veneria et Iovialis stella per hos numeros lumini utrique sociantur ; sed Iovialis soli per omnes, lunae vero per plures, et Veneria lunae per omnes, soli per plures numeros aggregatur. Hinc, licet utraque beneficia credatur, Iovis tamen stella cum sole accomodatior est, et Veneria cum luna : atque ideo vitae nostrae magis commodant, quasi luminibus vitae nostrae auctoribus numerorum ratione concordes. Saturni autem Martisque stellae ita non habent cum luminibus competentiam, ut tamen aliqua vel extrema numerorum linea Saturnus ad solem, Mars aspiciat ad lunam. Ideo minus commodi vitae humanae existimantur, quasi vitae auctoribus arta numerorum ratione non iuncti. »

1. Cette expression se trouve dans s. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. C, a. 2 : « quia species rerum sicut numeri... ». — Voir aussi *Comm. Metaphys.*, lib. VIII, lect. III, où s. Thomas expose et discute cette doctrine platonicienne : « Postquam determinavit de formis secundum quod comparantur ad ideas introductas a Platone, nunc determinat de formis per comparationem ad numeros. Plato enim ponebat formas et substantias rerum, reducendo per modum cujusdam assimilationis formas ad numeros... » Voir toute la leçon de s. Thomas.

2. PTOLÉMÉE, *Centiloquium* ; éd. de Francfort, 1622, p. 305 : Sol est fons vitalis potentiae, luna naturalis. »

3. Les caractéristiques qui suivent, expriment, en formules scolastiques, l'enseignement de PTOLÉMÉE, *De praedictionibus astronomicis*, lib. II, cap. VII ; éd. de Francfort, 1622, p. 105-110 : « Saturnus cum solus dominatur, generaliter causa est corruptionum ex frigore, et proprie in hominum corporibus morbos diuturnos... Jupiter cum solus dominatur, generaliter incrementa efficit... Mars vero solus dominium nactus, generaliter corruptionis causa est, propter siccitatem. Et cum eventus ad homines pertinerit, ciet bella, seditiones intestinas, captivitates, excidium urbium, populi tumultus, principium iras... Venus cum sola dominatur, generaliter similia Jovi efficit, cum venustate quadam. Peculiariter vero hominibus gloriam, honores, letitiam, ubertatem annorum, placida coniugia, numerosam sobolem... Mercurius cum solus dominatur, generaliter illius stellae naturae se acco-

centis ; Mercurius virtutis cognicionis ; Mars virtutis irascendi ; Venus virtutis appetitive. *In quadripartito* [1] autem dicitur, quod « *effectus Saturni coaptantur ad loca et tempora universalia, Iovis autem ad annos, Martis, Solis, Veneris et Mercurii ad menses, Lune autem ad dies. Primi tres superiores respiciunt ea que pertinent ad rei existenciam secundum se, ita quod rei stabilitas respondet Saturno ; bona autem habitudo rei Iovi ; virtus autem, qua se res tuetur contra nociva, Marti respondet. Tres vero plancte alii respiciunt non iam rerum essenciam, sed motum ipsarum, ita quod Sol est universale principium motus, Venus autem respicit contractius ipsum motum, puta motum generacionis, Mercurius autem* non iam generacionem que speciem respicit, coaptat, *sed proprium effectum habet in multiplicacione individuorum sub specie ; Lune autem proprie conpetit, inmu-*

---

6 respiciunt || recipiunt *C.* — 13 generacionem || generacioni *C.* — 14 coaptat || coaptatur *E.* — 14 multiplicacione || multitudine *E.* — 15 inmutacio || inmumeracio *E.*

---

modat cui coniungitur ; sed celeres motus significat. In humanis negociis, celeritatem, industriam et caliditatem ad ea que agenda sunt... »

1. Remarquons que s. THOMAS, *Comm. Metaphys.*, lib. XII, lect. IX, donne un texte exactement semblable : « Et inde est quod, sicut dicit Ptolœmeus in quadripartito, effectus Saturni coaptantur ad universalia loca et tempora Jovis ad annos, Martis, Solis, Veneris et Mercurii ad menses, Lunae autem ad dies. Et inde est quod effectus planetarum apparent in istis inferioribus secundum ordinem eorumdem. Nam primi tres superiores videntur ordinari ad ea quae pertinent ad existentiam rei secundum seipsam : nam ipsa stabilitas esse rei attribuitur Saturno, perfectio autem rei et bona habitudo correspondet Jovi. Virtus autem rei, secundum quod se contra nociva tuetur et ea propellit correspondet Marti. Tres vero planetae alii videntur proprium effectum habere ad motum ipsius rei existentis, ita quod Sol sit ut universale principium motus : et propter hoc ejus operatio in motionibus inferioribus maxime apparet. Venus autem videtur quasi proprium effectum habere magis determinatum, idest generationem, per quam aliquid consequitur speciem, et ad quam scilicet omnes motus alii ordinantur in istis inferioribus. Mercurius autem videtur proprium effectum habere in multiplicatione, id est distinctione individuorum in una specie, et propter hos varios habet motus. Et ipse etiam cum naturis omnium planetarum miscetur, ut astrologi dicunt. Lunae autem proprie competit immutatio materiae, et dispositio ipsius ad recipiendum omnes impressiones cœlestes : et propter hoc videtur quasi esse deferens impressiones cœlestes, et applicans inferiori materiae. ». — Dans le *Quadripartitum*, ou *De praedictionibus astronomicis*, PTOLÉMÉE écrit seulement : « Animadvertendum etiam, quae stellae potissimum generales locos transeant. Non enim parum ad deprehenda tempora eventuum momenti adferunt. In generalibus autem locis praecipua vis est Saturni, Iovis in annuis ; Martis et Solis, Veneris et Mercurii, in menstruis, lunae vero transitum in diurnis. » Ed. de Francfort, 1622, p. 284. — La conclusion de cette comparaison, c'est que maître Eckhart connait Ptolémée par s. Thomas, et qu'il transcrit textuellement le commentaire de s. Thomas sur les *Métaphysiques* ; à moins que s. Thomas et que maître Eckhart aient copié une même source, ce qui me semble peu probable, le texte de s. Thomas présentant les caractères intrinsèques d'originalité.

tacio materie, et eius disposicio ad recepcionem omnium impressionum celestium : unde ipsa est deferens et applicans virtutes celestes materie inferiori. »

« DEOS PUTAVERUNT ». Hinc est quod Athenienses dampnaverunt Anaxagoram eo quod diceret solem esse lapidem ardentem, quem ipsi pro Deo coluerunt, sicut refert AUGUSTINUS, XVIII *De civitate Dei* [1].

§ 4.

A MAGNITUDINE SPECIEI ET CREATURE COGNOSCIBILITER POTERIT CREATOR HORUM VIDERI. [V. 5].

« A MAGNITUDINE ENIM SPECIEI ET CREATURE COGNOSCIBILITER POTERIT CREATOR HORUM VIDERI ». Potest dici quod nomen creature respiciat ipsam substanciam rei create, nomen vero speciei ipsam formam [2] rei que constituit speciem et pulchritudinem sive formositatem. Unde AUGUSTINUS, libro *Confess.* XI, loquens Deo de creaturis, ait : « *fecisti ea, qui pulcher es, pulchra sunt enim ; qui bonus es, bona sunt enim ; qui es, sunt enim ; cui comparata, nec pulchra sunt, nec bona sunt, nec sunt* » [3]. TULLIUS, *De natura deorum*, inter plura exempla huius quod hic dicitur : « A MAGNITUDINE » et cetera, sic ait in secundo libro ; « *preclare Aristoteles : si essent* », inquit, « *qui sub terra semper habi-*

4 Athenienses || Attheniensium *C.* — 11 *In marg. E* : 14[m] c[apitulu]m. — 13 create, nomen vero speciei ipsam formam rei *dupl E. In marg. E :* Augustinus. — 16 libro *om E.* — 16 ait || sic ait *C.* — 18 cui comparata || quo comparato *E C. Vide Archives*, t. III, p. 373, var. 11. — 20 huius || eius *C.* — 22 habitassent || habitasset *E.*

1. S. AUGUSTIN, *De civitate Dei*, lib. XVIII, cap. XLI ; *P. L.*, t. XLI, col. 601 : « Unde miror cur Anaxagoras reus factus sit, quia solem esse dicit lapidem ardentem »

2. Plus haut, p. 340, n. 1, nous avons vu Eckhart reproduire l'opinion platonicienne sur la comparaison des formes et des nombres, et s'inspirer des *Métaphysiques* d'Aristote, liv. VIII, leçon III du commentaire de s. THOMAS. C'est à cette même leçon qu'il faut se reporter pour comprendre le passage que nous étudions. Nous y lisons : « Necessarium est scire quod apud aliquos dubium est : Utrum nomen speciei significet substantiam compositam, aut formam tantum, sive aliquid ; quod est loco actus : » Eckhart se fixe sur la seconde signification, adoptant ainsi la conception platonicienne. — Nous reviendrons ultérieurement sur ces différentes théories. Mais un fait se dégage : c'est que maître Eckhart s'inspire nettement dans ce chapitre des commentaires de s. THOMAS sur les *Métaphysiques*.

3. S. AUGUSTIN, *Confess.*, lib. XI, cap. IV ; *P. L.*, t. XXXII, col. 811. Voir *Archives*, t. III, p. 373.

tassent, accepissent autem fama et audicione [E = col. 165] *esse quoddam numen deorum, deinde ex illis abditis sedibus evadere in hec loca, que nos incolimus, contingeret, cum re ente terram et maria celumque vidissent, nubium magnitudinem aspexissentque solem eiusque magnitudinem pulchritudinemque ; cum autem terras nox occupasset, tum celum totum cernerent astris distinctum et ornatum ; que cum viderent, profecto et esse deos et hec tanta opera deorum esse arbitrarentur* [1] ».

§ 5.

In adiutorium inutilem invocat [v. 1:]

« In adiutorium inutilem invocat » etc. Notandum quod hec omnia verificantur et dicta sunt in detestacionem malorum prelatorum, et eorum qui ipsos contra Deum instituunt et preficiunt. In hoc enim casu pro sanitate infirmus deprecatur, pro vita mortuus rogatur, in adiutorium inutilis invocatur ; et de omni rerum eventu consilium petitur ab eo qui in omnibus est inutilis. Unde supra XII dictum est : « *pueris insensatis iudicium, in derisum dedisti* [2] ».

1 autem || aut *C*. — 2 numen || numerum *E C*. — 3 evadere *add C* et. — 3 que || quam *E*. — 3 incolimus || colimus *C*. — 3 repente || repetite *E*. — 5 aspexissentque *om E* que. — 5 pulchritudinemque *om C* que. — 6 nox || nos *E*. — 6 occupasset || optasset *E*. — 6 tum || cum *E C*. — 8 arbitrarentur || arbitrentur *E*. — 11 inutilem || inutile *C*. — 14 *In marg. E* : contra prelatos. — 17 inutilis || inutile *C*.

1. Cicéron, *De natura Deorum*, lib. II, cap. XXXVII; éd. C. F. W. Mueller, Leipzig, Teubner, 1890, Pars IV, vol. II, p. 79 : « Praeclare ergo Aristoteles : « Si essent », inquit, « qui sub terra semper habitavissent bonis et inlustribus domiciliis quae essent ornata signis atque picturis instructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exissent umquam supra terram, accepissent autem fama et auditione esse quoddam numen et vim deorum, deinde aliquo tempore patefactis terrae faucibus ex illis abditis sedibus evadere in haec loca, quae nos incolimus, atque exire potuissent ; cum repente terram et maria caelumque vidissent, nubium magnitudinem ventorumque vim cognovissent aspexissentque solem eius que cum magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quod is diem efficeret toto caelo luce diffusa ; cum autem terras nox opacasset, tum caelum totum cernerent astris distinctum et ornatum lunaeque luminum varietatem tum crescentis, tum senescentis eorumque omnium ortus et occasus atque in omni aeternitate ratos immutabilesques cursus ; quae cum viderent, profecto et esse deos et haec tanta opera deorum esse arbitrarentur. »

2. Voir plus haut, p. 334, § 6.

CAP. XIV

E = Col. 165
C = Fol. 75[r-1]

§ I.

ITERUM ALIUS NAVIGARE COGITANS [V. I]

Ibi invenies duo exempla notabilia.

« ITERUM ALIUS NAVIGARE COGITANS » etc. Nota circa hoc [C = Fol. 75[r-2]] duo. Primum quod TULLIUS, *De divinacione*, libro primo, de Simonide narrat : « *Qui cum ignotum quemdam proiectum mortuum vidisset, eumque humavisset, haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepultura affecerat ; si navigasset, eum naufragio esse periturum. Itaque Symonidem redisse, perisse ceteros, qui tum navigassent* [1] ». Multa similia in eisdem libris *De divinacione* duobus narrat TULLIUS. Secundum exemplum de navigantibus narrat AGELLIUS, libro XXI° *Noctium Acticarum*, qui incipit : « *Navigabamus a Cassiopeia quemdam philosophum in magna maris tempestate turbatum, cum esset in navi, et animadversum a quodam luxurioso adolescente ; qui cum ei post transactum periculum insultaret, quod philosophus cito perturbatus esset, respondit ideo illum non perturbatum, quia nequissime anime sue nichil timere deberet, quod nec digna esset pro qua aliquid timeretur* ». Hoc exemplum inducit AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, lib. IX [2] et in *Ques-*

8 hoc || hec *E.* — 10 proiectum || peritum *C.*— 10 humavisset || humanisset *EC.* — 11 moneri || moveri *C.* — 12 *In marg. E :* nota. — 12 faceret, ab eo || ab eo, faceret *C.* — 12 si || sed *C.* — 14 tum || cum *EC.*— 14 navigassent || navigasset *E.* — — 15 duobus *om E.* — 16 navigantibus *repet E :* de divinacione narrat Tullius [*hoc ultimum verbum deinde deletum*] Agellius, *ex confusione cum praec.* — 17 noctium || noxium *C.* — 18 Cassiopeia || Cassyopeya *C.* — 25 questionibus || quolibet *C.*

1. CICÉRON, *De divinacione*, lib. I, cap. XXVII; éd. C. F. W. MUELLER, Leipzig, Teubner, 1890, Pars IV, vol. II, p. 166, 32.

2. S. AUGUSTIN, *De civitate Dei*, lib. IX, cap. IV ; *P. L.*, t. XLI, col. 259, n° 2 : « Ut enim alia omittam quibus id ostendam, ne longum faciam, aliquid unum quod sit evidentissimum dicam. In libris quibus titulus est Noctium Atticarum

tionibus Genesis, capitulo XXXo [1]. Et est in glossa Genesis XV.

§ 2.

TU AUTEM, PATER, GUBERNANS PROVIDENCIA [V. 3]

« TU AUTEM, PATER, GUBERNANS PROVIDENCIA ». De hoc prius capitulo XII super isto : « *cui cura est de omnibus* »[2].

§ 3.

SIMILITER ODIO SUNT DEO IMPIUS ET IMPIETAS EIUS [V 9]

Diffuse hoc exponitur. Ubi habes quod id quod amatur in omnibus et ab omnibus, tam Deo quam creaturis, est ipsum esse; e contrario, id quod oditur in omnibus et ab omnibus, est ipsum nichil et privacio seu absencia alicuius esse. Item ibidem habes quod Deum diligit omne quod diligit naturaliter. Item quod Deus diligit omnes equaliter minimum quantum sicut et maximum, unum quantum omnes,

---

1 et est *om C* et. — 4 autem *om C.* — 6 isto || primo *E.* — 8 sunt || autem *E.* — — 9 id || illud *C.* — 9 quod amatur *om E* quod. — 11 creaturis || creatura (m?) *C.* — 13 seu || sive *C.* — 16 quantum *add C* et.

---

scribit A. Gellius, vir elegantissimi eloquii, et multae ac facundae scientiae, se navigasse aliquando cum quodam philosopho nobili stoico. Is philosophus, sicut latius et uberius, quod ego breviter attingam, narrat A. Gellius (*Lib.* 19, *cap.* 1), cum illud navigium horribili coelo et mari periculosissime jactaretur, vi timoris expalluit. Id animadversum est ab eis qui aderant, quamvis in mortis vicinia, curiosissime attentis, utrumne philosophus animo turbaretur. Deinde tempestate transacta, mox ut securitas praebuit colloquendi vel etiam garriendi locum, quidam ex his, quos navis illa portabat, dives luxuriosus Asiaticus philosophus compellat, illudens quod extimuisset atque palluisset, cum ipse mansisset intrepidus in eo quod impendebat exitio. At ille Aristippi socratici responsum retulit, qui cum in re simili eadem verba ab homine simili audisset, respondit illum pro anima nequissimi nebulonis merito non fuisse sollicitum, se autem pro Aristippi anima timere quaesivit ».

1. S. AUGUSTIN, *Quaestiones in Pentateucum*, lib. I, cap. XXX; *P.L.*, t. XXXIV, col. 556 : « ...Agellius commemorat in libris Noctium Atticarum, quemdam philosophum in magna maris tempestate turbatum, cum esset in navi et animadversum a quodam luxioroso adolescente ; qui cum ei post transactum periculum insultaret, quod philosophus cito perturbatus esset, cum ipse neque timuerit neque palluerit ; respondit, ideo illum non perturbatum, quia nequissimae animae suae nihil timere deberet, quod nec digna esset pro qua aliquid timeretur ».

2 Voir plus haut, p. 330, § 3.



quemlibet quantum se *ipsum et omnia, ad quod nos hortatur Iohannes* : « *diligatis invicem sicut dilexi vos* » [XV, v. 12], *id est, ut me solum in omnibus et quilibet alterum, nec tantum sicut se ipsum, sed tantum quantum se ipsum ; sic enim Deus nos diligit. Ibidem eciam quedam similia invenies et dubitacionem quamdam.*

« SIMILITER AUTEM ODIO SUNT DEO IMPIUS ET IMPIETAS EIUS ». Notandum quod universaliter in omnibus unumquodque odit suum contrarium et oppositum sive alienum omne et dissimile, nec quidquid aliud odit [1]. Sic e contrario est de amore et amante. Omnis siquidem amans amat simile [2]. Secundum hoc ergo, pius odio habet omnem et omne impium, precipue autem et formaliter ipsam impietatem. Deus autem pius est, et ipsa pietas ; igitur, sicut hic dicitur : « ODIO SUNT DEO IMPIUS ET IMPIETAS EIUS ».

Rursus secundo notandum, quod Deus, utpote primum in entibus, et causa prima omnium, est esse purum ; et propter hoc amat omne quod est et quod esse habet [3], odit autem consequenter omne quod non est, utpote alienum, dissimile [4], et omnino oppositum. Nichil enim tam adversum, nichil tam contradictorium, quam ens et non ens, esse et nichil. [E = col. 166] De quolibet enim dicitur ens vel non ens, et in nullo simul. Sic ergo Deus, utpote esse, se

---

1 omnia || omnium *C.* — 8 autem *om E.*—10 oppositum || opposicionem (?) *E.*— 11 quidquid || quidquam *C.* — 11 e contrario || ergo *E.* — 12 est || et C. — 13 hoc || hec *E.* — 14 precipue autem || precipue aut *E.* — 23 vel || et *C.*

---

1. S. THOMAS, *Summa Theol.*, Iª - IIªᵉ, q. XXIX, a. 1 : « In appetitu autem naturali hoc manifeste apparet, quod sicut unumquodque habet naturalem consonantiam vel aptitudinem ad id quod sibi convenit, quae est amor naturalis, ita ad id quod est ei repugnans et corruptivum habet dissonantiam naturalem, quae est odium naturale. ». — Voir *ibid.*, q. XLVI, a. 2.

2. S. THOMAS, *Summa Theol.*, Iª - IIªᵉ, q. XXVII, a. 3 : Utrum similitudo sit causa amoris. » ; *Comm. Sent.*, lib. III, Dist. XXVII, q. I, a. 1, ad 3ᵘᵐ.

3. S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XX, a. 2 : « ...Voluntas Dei est causa omnium rerum et sic oportet quod in tantum habeat aliquid esse, aut quodcumque bonum, inquantum est volitum a Deo. Cuilibet igitur existenti Deus vult aliquod bonum. Unde, cum amare nil aliud sit quam velle bonum alicui, manifestum est quod Deus omnia quae sunt, amat. ». — Voir aussi *Comm. Sent.*, lib. III, Dist. XXXII, q. I, a. 2.

4. En langage métaphysique, les termes *alienum*, *dissimile*, *extraneum* sont synonymes. Voir S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XXXI, a. 3, ad 3ᵘᵐ : « Alienum est quod est extraneum et dissimile. »

toto amat, ut dictum est, omne quod esse habet, et esse nominat. Verbi gracia : amat hominem, amat iustum, pium, sapientem, et omne huiusmodi quicquid aliquod esse nominat. Odit autem consequenter omne quod non est, nec esse nominat, puta : iniustum [1], impium, insipientem, et omne huiusmodi universaliter malum ; hec enim omnia dicunt non esse et privacionem sive carenciam esse. Notandum ergo quod ipsum esse absolute, simpliciter, formaliter, est id quod amat Deus obiective, obiectum, inquam, formale sub quo amat omne quod amat, sicut visus coloratum, et extra quod nichil amat Deus, sicut nec visus saporem. Esse igitur ipsum est id in quo, sub quo, et propter quod amat Deus omne quod amat, omnia in illo, et illud in omnibus. Deus autem ipse est esse. Racio: quia Deus est primum, ut iam supra, primum autem esse, supra XIII : « *non potuerunt eum intelligere qui est* [2] », Iob [XIV, v. 4] : « *tu qui solus es* ». Exo. III [v. 14] : « *sum qui sum; qui est, misit me* ». Concluditur ergo sic, resumendo racionem : esse est in quo, sub quo, propter quod amat Deus omnia que amat, omnia in illo, omnia propter illud, illud in omnibus ; sed Deus [C = Fol. 75^{v-1}] est esse. Igitur Deus est ipsum solum quod amat ipse, in quo omnia, et quod in omnibus et propter quod omnia, et extra quod nichil nec amat, nec novit, nec universaliter operatur. Proverb. XVI [v. 4] : « *universa propter semetipsum operatus est Dominus* ». Quomodo enim videretur, amaretur, aut operaretur quippiam hominis, extra esse hominis ? Quod enim extra esse

7 sive carenciam || sine carencia *C*. — 17 sum qui || sive qui *E*. — 19 omnia que || omne quod *C*. — 20 omnia propter *om E* omnia. — 26 quippiam hominis || quippiam hominem *E C*. — 27 enim extra esse || enim esse extra *E*.

1. Nous avons déjà rencontré maintes fois ces notions, dans ce commentaire sur la *Sagesse*. Eckhart se place ici au point de vue strictement formel. Dieu n'aime pas l'impie, en tant qu'impie, car l'impiété, en tant que telle, est une privation d'être. Dieu ne peut l'aimer, lui qui est l'être par excellence et la source de tout être. Dieu n'aime pas le mal. Ce point de vue est exposé aussi par s. THOMAS, dans le problème de l'amour universel de Dieu. Voir *Summa Theol.*, I P., q. XX, a. 2, ad 4um : « Nihil prohibet unum et idem secundum aliquid amari et secundum aliquid odio haberi. Deus autem peccatores inquantum sunt naturae quaedam, amat ; sic enim et sunt, et ab ipso sunt. Inquantum vero peccatores sunt, non sunt, sed esse deficiunt ; et hoc in eis a Deo non sunt. Unde secundum hoc ab ipso odio habentur. ». — Voir aussi *Comm. Sentent.*, lib. III, Dist. XXXII, q. I, a. 2, ad 5um : « [Deus] non odit reprobos inquantum creaturae sunt, sed inquantum mali sunt, quod ab ipso non est. » Voir *Archives*, t. III, p. 356, et plus haut, p. 345, n. 3.

2. Voir plus haut, p. 337, § 2.

hominis est, non homo nec homo est ; unde hoc videre vel amare vel operari, est non videre et non amare hominem. Esse igitur uniuscuiusque ipsum est, in quo, per quod, et propter quod Deus videt, amat et operatur universaliter omne quod videt, amat, et operatur ; et sicut dictum est de esse hominis, sic se habet de esse uniuscuiusque entis, quod ipsum amat Deus, et omne quod amat, aut cognoscit, secundum illud AVICENNE, VIII *Metaphys.* : « *id quod desiderat omnis res est esse et perfeccio esse, inquantum est esse. Privacio vero, inquantum est privacio, non desideratur* ». Verba sunt AVICENNE [1]. Verbi gracia : qui amat scienciam, utique ipsam et vult esse, et amat eo quod sit quoddam esse, et hoc ipso odit ignoranciam, eo quod sit privacio alicuius esse ; nec aliquo modo ipsam odiret, nisi ignorancia esset privacio et carencia alicuius esse, quod est sciencia quam amat, et hoc est quod supra XI dicitur : « *diligis omnia que sunt, et nichil odisti* [2] ». Amat enim Deus omnia que sunt, inquantum sunt, et secundum omne sui quo sunt ; consequenter autem omne quo non sunt et nichil sunt, odit Deus, et hoc est quod hic dicitur : « ODIO SUNT DEO IMPIUS ET IMPIETAS EIUS ». Impius enim, sive non pius, negacio est esse eius, quod est pietas, sive pium esse. Sic ergo Deus amat hominem impium secundum omne quod sui est[3] : puta quod est homo, prudens, formosus, et omnia huiusmodi ; odit autem inquantum impius, id est non pius, quod est negacio esse pium et esse pietatis. Notandum ergo, quod, quia Deus se ipsum amat in omnibus, et omnia in se ipso, et propter se ipsum solum, ut dictum est, hinc est quod amat quemlibet unum sicut alium equaliter [4], et unum sicut omnes, et quemlibet unum sicut et quantum se ipsum. Racio est quia unum est quod amat, et in se, et in omnibus. Hinc est quod ipse Ioh. [XV. v. 12] ait : « *diligatis invicem,*

10 *In marg E :* Avicenna. — 19 omne quo || omne quod *E C*. — 22 negacio || negecio *E*. — 23 impium *om C*. — 26 pietatis || pietas *E*. — 28 solum *om C*.

Nous y reviendrons dans notre étude générale. Pour éclairer ces textes, qu'on veuille bien recourir pour l'instant aux passages similaires, *Archives*, t. III, p. 354, 356-357.

1. AVICENNE, *Metaphys.*, tr. VIII, cap. VI ; éd. Venise, 1508, fol. 100r-1. Voir plus haut, p. 275, n. 2.

2. Voir plus haut, p. 313, § 3.

3. Voir plus haut, p. 315, n. 3.

4. Voir *Archives*, t. III, p. 392-396.

sicut dilexi vos », id est me in omnibus [E = col. 167]et omnia in me, nichil extra aut preter me, vel : « *sicut dilexi vos* », id est quilibet quemlibet sicut se ipsum. Ipse enim se ipsum solum amat in nobis, quantum ad primum sensum; et nos amat tam quam seipsum, quantum ad secundum sensum. Hinc est quod de beatis angelis dicitur Luc. [XV, v. 7] : « *gaudium est angelis Dei super uno quam super nonaginta novem* ». Si enim in aliquo multum, immo plus gaudent super nonaginta novem quam super uno, iam non gaudent super solo Deo. Sic igitur e contrario in malis et impiis : tantum odit impium unumquemlibet quantum omnes, et quemlibet tantum quantum ipsam impietatem, sive dyabolum. Racio est, quia sicut in bonis est unicum quod amat unice in omnibus, scilicet esse, et se ipsum, sic et in malis et impiis omnibus unicum est quod unum unice odit in omnibus, scilicet nichil sive non esse. Impietas negacio est pietatis ; et hoc est quod hic dicitur : « SIMILITER ODIO SUNT DEO IMPIUS ET IMPIETAS EIUS ». Nichil enim odit Deus in impio quolibet et omnibus, nisi ipsam impietatem. Impietas tamen in se ipsa aut non est impietas, nec oditur impietas, si odium impietatis habet plus et minus [1].

Ultimo tamen notandum [C = Fol. 75^{v-2}], quod in premissis, cum dicitur Deus in omnibus nosse et amare solum esse, et se ipsum qui est esse, hoc, inquam, dicendo, non destruimus esse rerum, sed constituimus. Hoc tamen confidenter dicimus quod esse rerum, puta esse hominis, leonis, angeli, et sic de rebus singulis, non figitur nec fundatur aut stabilitur nisi in esse et per esse, quod Deus est, secundum illud Hebr. I, [v. 3] : « *portans omnia verbo virtutis sue* ». Quomodo enim aut in quo figeretur esse, nisi in esse, et

1 in omnibus *om E* in. — 4 quantum *om C.* — 5 quantum || quamquam. — 6 hinc || hic *E.* — 7 uno *add E* peccatore. — 8 si enim...novem *om C per homotel.* — 8 multum, immo || multum, im̄mo (*sic*) *E.* — 10 solo Deo || Deo solo *C.* — 12 tantum quantum *om E.* — 13 unicum || unitum *C.* — 14 et in *om C* et. — 15 unicum || unicam *E.* – 16 negacio est || negacio esse *E.*— 18 Deo...eius || etc *C.* – 21 habet || amat *C.* — 23 cum || tamen *C.* — 23 nosse || nosce *E C.* — 24 hoc || hic *C.* — 24 inquam, dicendo || inquantum Deus *E.* — 26 dicimus || dominis *C.* — 29 I || 3 *E.* — 3 quomodo || quando *C.*

1. L'impiété en tant qu'impiété, est une négation d'être : la négation de la piété. Or il ne peut y avoir de degré dans la négation. La négation en tant que négation est un absolu. Par conséquent on ne peut avoir vis-à-vis de l'impiété, négation d'être, qu'un mouvement d'aversion absolu. Si l'on met des degrés dans ce mouvement d'aversion, c'est un signe qu'on ne hait pas l'impiété comme telle.



per esse, esse ab alio nisi in esse primo. Primum enim est dives per se [1]. Rom. XI [v. 36] : « *ex ipso, per ipsum et in ipso sunt omnia* ». « *Sunt* », ait, quod esse significat. In proposicione *De causis*, IX, dicitur : « *omnis intelligencie fixio et essencia est per bonitatem puram* [2] » ; et post, XVI, dicitur : « *omnes virtutes quibus non est finis sunt dependentes per infinitum primum quod est virtus virtutum* [3] » ; et XVIII proposicione scribitur : « *omnes res habent essenciam per primum ens, et res vive omnes sunt mote per essenciam suam, propter vitam primam, et res intelligibiles omnes habent scienciam per intelligenciam primam* [4] ». AUGUSTINUS eciam, I *Confess.* ait : « *nulla vena trahitur aliunde, qua esse et vivere currat in nos, praeterquam quod tu facis nos, Domine ; quia summe esse et summe vivere idipsum es* ; *tu idem* [5] *ipse es* » ; et subiungit : « *quid ad me, si quis non intelligat ? Gaudeat et ipse, dicens : quid est hoc ?* [6] »

CAP. XV

TU AUTEM DEUS NOSTER

E = Col. 167
C = Fol. 75^{v-2}

NOSSE TE CONSUMMATA IUSTICIA EST. [V. 3.]

Ibi invenies quinque notabilia, et de connexione virtutum. Item quomodo iusticia vita est, et quomodo

---

1 alio *om E.* — 3 significat || significatur *C.* — 5 fixio || fixe *C.* — 5 dicitur *om E.* — 7 XVIII || igitur *C.* — 14 esse *om E.* — 14 idem || autem *C.* — 18 *In marg. E* : 15^{m} — 21 nosse || nosce *EC.* — 23 iusticia || iusticiam *E.*

---

1. Voir *Archives*, t. III, p. 363, n. 3.

2. *Liber de causis*, prop. VIII ; éd. BARDENHEWER, p. 172 : « Omnis intelligentiae fixio et essentia eius est per bonitatem puram quae est causa prima. ». — Dans l'édition de Venise de 1562, *Aristotelis opera* VII, cette proposition porte, comme dans Eckhart, le nº 9.

3. *Ibidem*, prop. XV ; éd. BARDENHEWER, p. 177. — Édition de Venise, nº 16.

4. *Ibidem*, prop. XVII, éd. BARDENHEWER, p. 179.— Édition de Venise, nº 18.

5. S. AUGUSTIN, *Confess.*, lib. I, cap. VI ; *P. L.*, t. XXXII, col. 665.

6. *Ibidem* : « Tu autem idem ipse es ; et omnia crastina atque ultra, omniaque hesterna et retro hodie facies, hodie fecisti. Quid ad me, si quis non intelligat ? Gaudeat et ipse, dicens : quid est hoc ? Gaudeat etiam sic ; et amet non inveniendo invenire, potius quam inveniendo non invenire te ».—Voir *Archives*, t. I, p. 206, 208.

omne creatum utpote potentiale, quasi se ipsum fugiens, Deum querit.

« NOSSE ENIM TE CONSUMMATA IUSTICIA EST ET SCIRE IUSTICIAM ET VIRTUTEM TUAM RADIX EST INMORTALITATIS ».

Notanda sunt sex ex quorum quolibet possunt verba praemissa exponi. Primum est quod PLATO probat animam inmortalem ex eo quod erat susceptiva et subiectum sapiencie inmortalis [1], et AUGUSTINUS dicit quod anima eo ymago Dei est, quo capax eius est [2]. Et hoc est quod hic dicitur : « NOSSE TE » et sequitur : « RADIX EST INMORTALITATIS ».

Secundo notandum quod Ioh. XVII [v. 3] dicitur : « *hec est vita eterna ut congnoscant te* » ; et AUGUSTINUS, *De moribus ecclesie*, ait : « *fortasse non incongrue queritur, eterna ipsa vita quid sit ; sed eius largitorem pocius audiamus ; hec est, inquit, vita eterna ut cognoscant te verum Deum* [Ioh. XVII, v. 3] » ; et sequitur : « *eterna igitur vita est cognicio ipsa* [E = col. 168] *veritatis* [3] ». Hoc est ergo quod hic dicitur : « NOSSE TE CONSUMMATA IUSTICIA EST ». Quod veritas in Ioh. [XVII, v. 3] dicit : « *hec est vita eterna ut congnoscant te* ». Quod illic in Iohanne scribitur : « *ut congnoscant te* », hic dicitur : « NOSSE TE ». Unde AUGUSTINUS, in epistola *ad Dardanum*, sic ait : « *beatissimi sunt quibus*

3 nosse || nosce *EC*. — 5 sex || quatuor *E*. — 6 exponi *om E*. — 6 probat || probabat *E*. — 6 animam *add C* et. — 8 quod anima... Dei est *om C*. — 9 eius est || est eius *C*. — 10 nosce || nosce *EC*. — 10 est *om E*. — 12 secundo notandum || secundum nota *E*. — 12 XVII || 7° *C*. — 14 incongrue || congrue *E*. — 15 nosse || nosce *EC*. — 20 in *om C*. — 23 quibus || eius *C*.

1. PLATON, *Timée* ; éd. Berlin, 90, 7. Voir *Archives*, t. III, p. 415, n. 4.

2. Je n'ai point retrouvé la formule exacte. Mais l'idée est développée longuement par s. AUGUSTIN, dans les *Soliloques*, liv. II ; *P. L.*, t. XXXII, col. 885-904. Voir en particulier le ch. XIX : *Veritas immortalis arguit animae immortalitatem*. — ALBERT LE GRAND reprend cet argument dans sa *Summa de Creaturis*, II P., q. LXI, a. 2 ; éd. BORGNET, t. XXXV, p. 529 A. — Voir aussi s. THOMAS, *Quaest. disp. de anima*, a. 14 : « Ex quo potest accipi quod homo est inexterminabilis, id est incorruptibilis, secundum quod est ad imaginem Dei. Est autem ad imaginem Dei secundum naturam, ut Augustinus dicit in lib. de Trinitate (lib. X, cap. I) ».— Lire aussi *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. XIX, q. a. 3. — Voir *Archives*, t. III, p. 416, n. 1.

3. S. AUGUSTIN, *De moribus ecclesiae*, lib. I, cap. XXV ; *P. L.*, t. XXXII, col. 1331, n° 47.

hoc est Deum habere quod nosse », et sequitur : « *ipsa quippe noticia plenissima, verissima, felicissima est* [1]. »

Tercio notandum est, quod sicut universaliter divisa inferius sunt, unum superius [2], sic potissime virtutes in sui supremo, perfecto et consummato unum sunt. Hinc est quod doctores dicunt virtutes eciam morales connexas in sui propria perfeccione, et PLOTINUS Platonicus virtutes in quarto et supremo gradu dicit consistere in mente divina [3]. Et AUGUSTINUS, *Super Genesim*, lib. XII versus finem, loquens de beatitudine, ait [4] : « *ibi beata vita in fonte suo bibitur, inde aspergitur aliquid humane vite, ut in temptacionibus huius seculi temperanter, fortiter, iuste prudenterque vivatur* ». Vult ergo hic Sapiens dicere quod iusticia et virtus universaliter consummata meretur beatitudinem que est nosse Deum [5], secundum illud Psalmi [LXXXIII, v. 8] : «*i bunt de virtute in virtutem* », proficiendo scilicet, « *videbitur Deus deorum in Syon* », id est in supremo. Notavi de hoc supra plenius capitulo VII° [§ 8] [6] : « *ignorabam, quoniam omnium bonorum mater est* ». Adhuc autem sub eodem

---

1 nosse || nosce *E C*. — 2 est *om E*. — 3 tercio || tercium *E*. — 4 inferius || interius *E*. — 5 consummato || consumato *C*. — 7 Plotinus || Plotonus *C*. — 7 Platonicus || Platoicus *E*. — 9 *In marg. E* : Augustinus. — 11 inde || unde *E C*. — 11 aliquid || aliud *E* ; ad *C*. — 12 fortiter || format *C*. — 13 hic || hoc *E*. — 14 consummata || consumata *C*. — 14 que || quod *E*.— 15 nosse || nosce *EC*. — 17 deorum *add E* dominus. — 18 VII *delet. in E* ; *om C*.

---

1. S. AUGUSTIN, *De praesentia Dei*, seu *Epistola* CLXXXVII ; *P. L.*,t. XXXIII, col. 840 n° 21, ad finem. La première partie de ce texte est citée par P. LOMBARD, *Sentences*, lib. I, Dist. XXXVII, cap. III ; éd. Quaracchi, vol. I, p. 233, n° 338.

2. Voir plus haut, *Archives* t. III, p. 362, n. 1.

3. Voir S. THOMAS, *Summa Theol.*, Iª IIªe, q. LXI, a. 5 : « Sed contra est quod Macrobius ibidem [I Super Somnium Scipionis, cap. VIII], dicit : Plotinus, inter philosophiae professores cum Platone princeps, « quatuor sunt », inquit, « quaternarum genera virtutum. Ex his primae politicae vocantur ; secundae, purgatoriae ; tertiae autem, jam purgati animi ; quartae, exemplares ». C'est à cette division qu'Eckhart fait ici allusion, en se référant à s. Thomas. En situant la justice dans cette classification générale, ce dernier écrit : « justitia cum divina mente perpetuo fœdere societur... », et maître Eckhart dit : « Supremum gradum dicit consistere in mente divina ». Macrobe avait écrit : « Justitiae ita cum supera et divina mente sociari, ut servet perpetuum cum ea fœdus imitando » ; éd. Leipzig, 1848, t. I, p.60, n. 9.

4. S. AUGUSTIN, *Supra Genesim*, lib. XII, cap. XXVI ; *P. L.*, t. XXXIV, col. 476, n. 54.

5. Maître Eckhart professe ici la même doctrine que s. Thomas, d'après laquelle l'essence de la béatitude est dans la connaissance de Dieu. Voir S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XII, a. 1 et 4, et toutes les références données dans l'édition léonine.

6. Voir *Archives*, t. III, p. 439-442.

sensu possunt verba premissa aliter exponi, ut sit sensus et intencio sapientis dicere quod iusticia et universaliter virtus ad hoc requiritur [C = Fol. 76^{r-1}], ut mundetur oculus anime ad videndum Deum, secundum illud Matth. V [v. 8] : « *beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* ». Unde AUGUSTINUS, *super Ioh.*, parte tercia, *Omelia* XLIII, ait : « *ad fructum contemplacionis cuncta officia referuntur accionis. Ad hunc refertur quidquid bene agitur, quia propter hunc agitur ; ibi enim finis qui sufficit nobis* [1] ». Tractat de hoc multum pulchre AUGUSTINUS, *libro questionum Genesis*, capitulo CXIV, querens quare postquam dictum est : « *non vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum* » ; nichilominus postmodum, eciam communiter in scriptura Iacob appellatus est [2].

Quarto notandum est, quod iusticia vita est, et vivere iusto, et est iusticia ipsi esse, inquantum huiusmodi : « *iusticia autem perpetua est et inmortalis* » supra primo [3]. Hoc est ergo quod hic dicitur : « SCIRE IUSTICIAM, RADIX EST INMORTALITATIS ». Unde supra III [Sap. III, v. 1, 2] de iustis dicitur : « *non tanget illos tormentum mortis ; visi sunt oculis insipiencium mori.* »

Adhuc autem quinto notandum quod omnis potencia, secundum id quod est, se tota et per essenciam accipit esse suum ab actu ad quem est [4] ; quinimmo se tota et per es-

2 dicere *add C* et docere. — 7 *In marg. E :* nota. — 11 CXIV || tertio centesimo *E :* CXIII *C.* — 12 erit || est *E.* — 14 appelatus est || est appellatus *C.* — 17 supra || super *C.* — 18 ergo || igitur *C.* — 18 hic *om C.* — 22 autem *om E.* — 23 secundum *om E C.*

1. S. AUGUSTIN, *In Ioh. Evang.*, CI ; *P. L.*, t. XXXV, col. 1895.

2. S. AUGUSTIN, *Quest. in Heptateuchum*, lib. I, cap. CXIV ; *P. L.*, t. XXXIV, col. 577 : « Iterum in Luza apparuit Deus Jacob, et dixit ei : *Nomen tuum jam non vocabitur Jacob, sed Israel erit nomen tuum.* Hoc ei dicit ecce iterum Deus in benedictione, quae repetitio confirmat magnum promissum in hoc nomine. Nam hoc mirum est, quibus etiam semel dictum est, amplius eos non vocari quod vocabantur, sed quod ei novum nomen, imponebatur, omnino amplius aliquid non vocatos nisi quod eis impositum sit : istum artem per totam vitam suam et deinceps post vitam suam appellatum esse Jacob, cui non semel Deus dixerat : *Non jam vocaberis Jacob, sed Israel erit nomen tuum.* Nimirum ergo nomen hoc ad illam recte intelligitur pertinere promissionem, ubi sic videbitur Deus, quomodo non est antea Patribus visus. Ibi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit vel in ipso corpore vetustatis, et Dei visio summum erit praemium. »

3. Voir *Archives*, t. III, p. 364.

4. La puissance, étant une capacité de perfection, ne peut se définir que par rapport à la perfection ou par rapport à l'acte qu'elle peut recevoir : « Potentia enim,

senciam fugit se ipsam, et a se ipsa ad actum [1], adeo ut non solum in separatis a materia idem sit potencia intellectiva et intelligibile, verum eciam, secundum ipsum PHILOSOPHUM, sensus et sensibile in actu idem sunt. Eodem enim prorsus fit : visus actu videt et visibile actu videtur, et hoc ipsum idem quod prius fuit potencia aliqua, nunc est actu aliquo [2]. Quod quia sic est, manifeste apparet quod : « NOSSE DEUM, ET SCIRE CONSUMMATA IUSTICIA EST », ut hic dicitur.

---

3 et *om* *C*. — 3 intelligibile || intelligere *C*. — 5 videt || videre *E C*.— 5 videtur || videre *C*. — 6 aliqua || a qua *E C*. — 7 aliquo || aqua *E C*. — 7 nosse || nosce *E C*.

---

secundum hoc ipsum quod est, importat habitudinem quamdam ad actum : est enim principium quoddam agendi vel patiendi : unde oportet quod actus ponantur in definitionibus potentiarum ». S. THOMAS, *Comm. de anima*, lib. II, lect. VI. — A maintes reprises, s. Thomas répète la même doctrine. Voir *Quest. disp. de anima*, a. 13 : « Potentia secundum id quod est [c'est la même formule que nous retrouvons dans Eckhart], dicitur ad actum ; unde oportet quod per actum definiatur potentia » ; *Summa Theol.* I P., LXXVII, a. 3 : « Potentia, secundum illud quod est potentia, ordinatur ad actum. Unde oportet rationem potentiae accipi ex actu ad quem ordinatur : et per consequens oportet quod ratio potentiae diversificetur ut diversificatur ratio actus. »

1. Il est de l'essence même de la puissance d'être ordonné à l'acte. Il est donc de l'essence même de la puissance de se fuir elle-même, pour tendre vers son acte. Et il existe nécessairement une certaine unité entre la puissance et son acte. ARISTOTE explique clairement ce principe au VIIIe livre des *Métaphysiques*, cap. VII éd. Berlin, 1045 b, : « Ἕν γάρ τι ἕκαστον, καὶ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ἕν πώς ἐστιν. Ὥστε αἄτιον οὐθὲν ἄλλο πλὴν εἴ τι ὡς κινῆσαν ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν. Ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην, πάντα ἁπλῶς ὅπερ ἕν τι = Unum enim quiddam, unumquodque, et quod potentia, et quod actu, unum quodammodo est. Quare nulla alia causa est, nisi si quid est tanquam ex potentia in actum movens. Quaecumque vero non habent materiam, cuncta simpliciter sunt unum quid ». Et s. THOMAS, *Comm. Metaphys.*, lib. VIII, lect. V, commente : « Unde simile est quaerere est quae causa alicujus rei et quae est causa quod illa res sit una : quia unumquodque inquantum est, unum est, et potentia et actus quodammodo unum sunt. Quod enim est in potentia, fit in actu. Et sic non oportet ea uniri per aliquod vinculum, sicut ea quae sunt penitus diversa. Unde nulla causa est faciens unum ea quae sunt composita ex materia et forma, nisi quod movet potentiam in actum. Sed illa quae non habent materiam simpliciter, per seipsa sunt aliquid unum, sicut aliquid existens. » Tel est le principe général qui est à la base du raisonnement d'Eckhart : l'unité de la puissance et de l'acte. Les applications de ce principe sont faciles et classiques : chez les êtres séparés de la matière, et non seulement chez eux, mais dans toute opération intellectuelle, l'intelligence et l'intelligible en acte s'unifient et s'identifient. Voir s. THOMAS, entre autres *De veritate*, q. VIII, a. 6 ; et même le sens et le sensible en acte ne font qu'un. Au liv. III du *De anima*, ch. II. Aristote s'en explique longuement. Voir s. THOMAS, *Comm. de anima*, lib. III, lect. II.

2. Comme on peut le voir par les variantes, nous avons cru ici devoir corriger les textes de *E C*, qui disent : *et hoc ipsum idem quod prius fuit potencia aqua* [dans les manuscrits nous avons *aqua*], *nunc est actu aqua.* » Les scolastiques ne parlent jamais de l'eau en puissance et en acte, puisque l'eau est un élément. De plus,

Quid enim consummatius, perfectius et habundancius quam sic uniri Deo ?

Ultimo notandum quod ait : « SCIRE IUSTICIAM ET VIRTUTEM » : ubi duo nominat, ait : « RADIX EST INMORTALITATIS » ubi vero premittit : « NOSSE TE », sequitur : « CONSUMMATA IUSTICIA EST » in singulari. Propter quod iam supra dictum est, quod virtutes in inperfecto sui plures sunt et divise, in sui autem supremo et consummato [E = col. 169] unum sunt.

CAP. XVI

PROPTER HEC ET HIIS SIMILIA

E = Col. 169
C = Fol. 76^{r-1}

§ 1.

NON PER HOC QUOD VIDEBAT SANABATUR, SED PER TE [V. 7]

Ibi habes quod Deus solus est qui sanat, et quod omnis perfeccio sanitatis, sapiencie, potencie et similium, nichil efficit aut perficit, nisi per Deum et in Deo.

« NON PER HOC QUOD VIDEBAT, SANABATUR, SED PER TE OMNIUM SALVATOREM ». Notandum, quod universaliter secunda agencia prorsus nichil proficiunt sanando aut quomodolibet agendo, nisi per virtutem et in virtute primi agentis [1]. Rursus eciam secundo, effectus finalis et princi-

1 quid enim... uniri Deo *om C.* — 1 habundancius *lectio incerta in E.* — 3 ait ‖ agit *C.* — 4 nominat ‖ not [at] *et in sequenti linea* ait *C*; *in E add* et. — 5 nosse ‖ nosce *E* ; s. osce (*ex* nosce) *C.* — 8 autem ‖ aut *C.* — 10 *In marg. E :* capitulum 16^{m}. — 17 et quod ‖ et qui *C.* — 20 non ‖ ostenditur *C.* — 22 quomodolibet ‖ quomodolibat *C.* — 23 et *om C.* — 23 virtute ‖ virtutem *E.* — 24 finalis ‖ fundatus *E.*

cette comparaison de l'eau concorde mal avec le contexte. Il semble donc que les textes de *E C* soient fautifs. La reconstitution que nous proposons — sur les suggestives de M. KOCH — présente un sens possible.

1. C'est la doctrine classique, s'appuyant principalement sur le *De causis.* Voir S. THOMAS, *De potentia*, q. III, a. 4 : « Si igitur sic stricte creatio accipitur, cons-

paliter intentus semper attribuitur primo agenti principali [1], verbi gracia in proposito : sanitas nunquam sanat, nisi sanitas sit, nec sapiencia sapientem facit, nisi quia sapiencia est, et sic de aliis. Apparet igitur, quod omnis perfeccio sanitatis, sapiencie, et similium, nichil efficit aut proficit, nisi per esse et in esse. Esse autem omne et omnium ab ipso solo Deo et inmediate [2]. Hoc est ergo quod hic dicitur : « NON PER HOC QUOD VIDEBAT, SANABATUR, SED PER TE, OMNIUM SALVATOREM » ; et infra [v. 12] : « *neque herba neque malagma sanavit eos ; sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia* » ; et iterum infra [v. 26] : « *non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus* ». Matth. IV [v. 4] : « *non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei* ».

§ 2.

TU ES QUI LIBERAS AB OMNI MALO [v. 8]

Ibi habes quod hoc est Deo proprium, nulli citra conveniens.

« TU ES QUI LIBERAS AB OMNI MALO ». Notandum quod omne agens hoc naturaliter liberat a malo hoc sibi oppo-

3 facit *om E.* — 5 proficit ‖ perficit *C.* — 6 omnium ‖ omni *C.* — 8 non ‖ racio *C.* — 17 Deo proprium ‖ proprium Dei *C.* — 19 quod *om C.*

tat quod creatio non potest nisi primo agenti convenire, nam causa secunda non agit nisi ex influentia causae primae ; et sic omnis actio causae secundae est ex praesuppositione causae agentis... quarta ratio est, quia cum omnes secundae causae agentes a primo agente habeant hoc ipsum quod agant, ut in libro *De causis*, prop. XIX et XX probatur... » *Ibidem*, q. V, a. 8 : « Respondeo dicendum, quod, sicut habetur in libro *De causis*, quando causa prima retrahit actionem suam a causato, oportet etiam quod causa secunda retrahat actionem suam ab eodem, eo quod causa secunda habet hoc ipsum quod agit, per actionem causae primae, in cujus virtute agit ». Voir aussi *Summa Theol.*, I P., q. C V, a. 5 ; Ia IIae, q. XIX, a. 4 ; *Contra Gentes*, lib. III, cap. LXVI, 4um ; LXVII, 5um ; *De veritate*, q. XXXII, a. 2, 13, etc.

1. Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. IV, Dist. I, q. I, a. 4, sol. I, ad 3um : « Effectus non proportionatur instrumento, sed principali agenti » ; Dist. XII, q. I, a. I, questiunc. II, ad 1um : « generatum autem non oportet quod assimiletur instrumento, sed principali generanti, ut dicit Commentator in XI *Metaphys.* (text. 13), quia instrumentum non agit virtute sua, sed alterius, ut illi assimilat, non sibi » ; Dist. XIX, q. I, a. 2, questiunc. 1 ; *Summa Theol.*, III P., q. LXII, a. 1.

2. Voir *Archives*, t. III, p. 358.

sito tantum, a nullo alio. Verbi gracia : In naturalibus forma ignis liberat materiam a non igne, sive a malo, quod est non esse ignem ; sic in moralibus, humilitas virtus proprie liberat, formaliter scilicet, a solo malo superbiė, non autem ab omni malo. Et hoc est quod in Psalmo [LXXIV,v. 9] dicitur : « *inclinavit ex hoc in hoc* », id est ex hoc malo in hoc bonum, « *verumptamen fex eius non est exinanita* » ; quia scilicet non liberatur homo ab omni fece mali per agens hoc aut hoc. Deus autem solus, utpote causa omnium, non huius aut huius [C = Fol. 76r-2] tantum, ipse est qui liberat ab omni malo, sicut hic dicitur : « TU ES QUI LIBERAS AB OMNI MALO », Psalmo [CXXIX, v. 8] : « *ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius* ». Proverb. X [v. 13] : « *universa delicta operit caritas* », eo scilicet quod ipsa est mater et forma omnium virtutum [1], non huius aut huius tantum. Et hoc est quod infra sequitur :

§ 3.

TU ES, DOMINE, QUI VITE ET MORTIS HABES POTESTATEM [v. 13]. PANEM DE CELO PRESTITISTI ILLIS [v. 20].

Ibi habes quedam notabilia de manna.

« TU ES, DOMINE QUI VITE ET MORTIS HABES POTESTATEM ». Vivere enim viventibus est esse [2]. Mors est privacio vite et non esse ; horum autem, scilicet esse et non esse, Deus est potestatem habens super esse et non esse, solus Deus. « PANEM DE CELO PRESTITISTI ILLIS, SINE LABORE, OMNE

3 non esse || non est esse *E* ; nam esse *C*. — 4 scilicet *om E*. — 8 non liberatur homo || homo non liberatur *C*. — 11 qui... Psalmo || etc *C*. — 16 quod *add C* hic. — 19 illis || eis *C*. — 20 manna *add E* vel mannate. Exo. 16. — 22 mors est *om E* est. — 23 Deus... et non esse *om C per homotel.*

1. Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXVI, q. I, a. 4, obj. 5 : « Charitas dicitur esse forma omnium virtutum et mater. » Mais s. Thomas n'accepte pas cette formule sans distinction. Dans sa réponse à l'objection, il explique les différents modes dont la charité et la grâce peuvent être dites formes des autres vertus : « Caritas alio modo dicitur forma virtutum quam gratia. Caritas enim est forma virtutum EX PARTE ACTUS, inquantum scilicet omnes actus virtutum in suum finem convocat, eo quod ejus objectum est finis ultimus... Unde caritas informat alias virtutes, sicut virtus virtutem : sed gracia informat PER MODUM ORIGINIS, quia scilicet ex ipsa gratia quodammodo formaliter oriuntur habitus virtutum, per diversas potentias diffusi. Illud autem quod ab alio oritur, formam et speciem ab eo trahit, et in suo vigore consistit, quamdiu origini continuatur. »

2. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, 1 P., q. XVIII, a. 1, a. 2 ; q. LIV, a-2 ;

DELECTAMENTUM IN SE HABENTEM ET OMNIS SAPORIS SUAVITATEM » ; et infra : [v. 21] : « AD QUOD QUISQUE VOLEBAT CONVERTEBATUR ». Nota duo : primo, quod magister in hystoria, Exodi XVI, loquens de manna, narrat ea que hic dicuntur non inveniri in scriptura auctentica, aut quia hunc librum Sapiencie inter auctentica canonis non computabat, aut quia id quod hic dicitur, ipsius memorie non occurrebat : « *quod autem dicitur : quod sapiebat unicuique in ore quod desiderabat, non est multum auctenticum* ». Verba sunt magistri[1].

Secundo notandum quod de hoc manna, Exodi XVI [v. 18] dicitur : « *nec qui minus paraverat, reperit minus* », nec qui magis, habundabat. Hoc enim est proprietas divinorum, sicut supra diffuse capitulo XIV° dictum est, quod in minimo habetur maximum, quodlibet in quolibet, unde ibi magis et minus, multum et parum, locum non habent[2]. Ad hoc est illud Luc. X [v. 42] : « *Maria optimam partem elegit* ». Pars enim ibi optimum est ; quod enim numero aut magnitudine bonum est aut [E = col. 170] melius, non ex se bonum est. Hoc enim ipso quod cadit ab uno, quia multum est, et a simplici, quia magnum est, cadit a bono quod cum uno convertitur ; iam non est divinum[3]. Deus enim unus est. Hoc est ergo quod hic dicitur : « AD QUOD QUISQUE VOLEBAT CONVERTEBATUR ».

§ 4.

OMNIUM NUTRICI GRACIE TUE [v. 25]

Ibi habes multa de gracia gratis data et gratum faciente, naturalia et theologica.

« OMNIUM NUTRICI GRACIE TUE ». De gracia ad presens

5 auctentica || autentica *C*. — 7 id || racio *E*. — 13 XIV *om E C*. — 15 magis maius *C*.— 15 parum || paucum *C*. — 19 enim ipso || ipso enim *C*. — 23 convertebatur || convertatur *E*.— 25 gracie || ergo *C*. — 28 omnium || omni *C*.

IIa-IIae, q. CLXXIX, a. 1, ad 1um ; *De veritate*, q. XXVI a-6, ad 8um ; *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. VIII, q. V, a.3, etc.

1. PETRUS COMESTOR, *Historia Scholastica*, *Liber Exodi*, cap. XXXIV ; *P. L.* t. CXCVIII, col. 1160 B : « Quod vero dicitur : *quia sapiebat in ore cujusque quod desiderabat*, non multum authenticum est. » Ce texte ne se trouve pas en effet dans la Vulgate.

2. Voir plus haut, ch. XIV, p. 348-349.

3. Nous avons déjà rencontré ce raisonnement, chez maître Eckhart. Voir *Archives*, t. III, p. 362.

duo notanda sunt. Primum est quod omne quod operatur Deus in creatura, gracia est et gratis datur [1]. Racio est quia primum numquam cadit sub merito [2]. In omni autem re, primum est id quod a Deo, utpote primo, datur. Item racio est quia primum, cum sit dives per se, ut in *De causis* dicitur [3], omnibus dat, a nullo quidquam accipit. Psalmo [XV, v. 2] : « *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges* ». Sic ergo gratis dat omnibus omnia ; et hoc est quod hic dicitur : « OMNIUM NUTRICI GRACIE TUE ». Hinc est quod hec gracia dicitur, quia gratis data. Est autem gracia que dicitur gratum faciens [4], de qua notanda sunt duo, ut nunc. Primum est quod sicut in operibus nature non sunt operaciones perfecte, puta ignis aut calefaccionis, nisi ipsum agens preaccipiat formam et esse ignis, sic in spiritualibus necesse est quod anima ipsa accipiat esse divinum ad hoc quod operetur divine et spiritualiter [5]. Non enim operatur iuste qui non est iustus, ut dictum est supra. Hoc autem esse divinum dat gracia gratum faciens ipsi essencie anime [6]. Hinc est quod gracia non principiat proprie opus, sed esse

---

1 duo *om E.* — 2 *In marg. E :* De gracia. Nota bene. — 9 omnium || omni *C.* — 11 duo *om C.* — 12 non sunt operaciones perfecte || operationes perfecte *E* ; *et in marg. ex secunda manu:* non sunt. — 16 operatur || operatur *E.*

---

1. C'est le sens très large de la grâce. Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXVI, q. I, a. 1, ad 2um : « Omnes naturales bonitates gratiae dici possunt, quia gratis a Deo dantur. »

2. Voir *Archives*, t. III, p. 403, 5.

3. Voir plus haut, p. 350, l. 2. *Archives*, t. III, p. 363, n. 3.

4. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, Ia-IIae, q. CXI, a. 1 ; *De veritate*, q. XXVII, a. 2.

5. L'expression parait, à première lecture un peu forcée. On en retrouve cependant l'équivalent dans s. Thomas, qui expose la même doctrine, *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXVI, q. I, a. 3 : « Sicut in rebus naturalibus est quod illud quod non habet speciem per generationem adeptam, non potest habere operationes speciei debitas, ita ille qui non est adeptus divinum esse per spiritualem regenerationem non potest participare divinas operationes. Oportet ergo quod primum donum, quod gratis homini infunditur, hunc habeat effectum, ut ipsam essentiam animae in quoddam divinum esse, ut idonea sit ad divinas operationes. » — *Ibid.*, a. 4, ad 2um : « ... esse quoddam divinum quod animae confert. » ; *ibid.*, ad 3um : « ... gratia confert animae perfectionem in quodam divino esse... » ; *ibid.*, a. 5 : « Primum enim quod facit est hoc quod dat esse quoddam divinum » ; *ibid.*, Dist. XXVII, q. I, a. 5, ad 3um : « per gratiam infusam constituitur in esse divino ». — *De veritate*, q. XXVII, a. 6.

6. Eckhart veut dire par là que la grâce est subjectée dans l'essence même de l'âme et non dans les facultés, doctrine que ne pouvaient évidemment admettre les docteurs qui identifiaient grâce et vertu. Voir s. THOMAS, *Summa Theol.*, Ia-

respicit [1] et ad intra, sicut ipsa essentia, ut essentia, solum esse respicit. Hinc est quod de Iohanne — in quo gracia — scribitur, quod « *Iohannes signum fecit nullum* ». Ioh. X [v. 41].

Secundo notandum quod gracia gratum faciens que et supernaturalis dicitur, est in solo intellectivo [2], sed nec in illo, ut res est et natura, sed est in ipso ut intelligit [3] et

1 et || sed *E*. — 3 fecit nullum || nullum fecit *E*. — 3 X || 10 *C* ; *om E*. — 7 intelligit || intellectus *E*.

IIae, q. CX, a. 4 : *Utrum gratia sit in essentia animae, sicut in subjecto, an in aliqua potentia* : « Ista quaestio ex praecedenti dependet. Si enim gratia sit idem quod virtus, necesse est quod sit in potentia animae sicut in subjecto, nam potentia animae est proprium objectum virtutis, ut supra [Ia-IIae, q. LVI, a. 1] dictum est. Si autem gratia differt a virtute, non potest dici quod potentia animae sit gratiae subjectum... Unde relinquitur quod gratia... sit in essentia animae. » Dans les *Sentences*, liv. II, Dist. XXVI, q. I, a. 3 il nous dit que cette doctrine représente l'opinion commune de son temps : « Respondeo dicendum, quod ab omnibus communiter dicitur, quod gratia respicit essentiam animae, virtus autem potentiam ; sed qualiter hoc intelligendum sit, a diversis diversimode traditur. » Dans le *De veritate*, q. XXVII, a. 6 qui se rapproche davantage de la *Summa Theologica*, s. Thomas insiste au contraire sur la division des docteurs à ce sujet : les uns, identifiant vertu et grâce, soutenaient que la grâce, comme la vertu, modifiait les puissances de l'âme ; les autres, distinguant la grâce et la vertu, disaient que le sujet de la grâce est l'essence de l'âme et non point les puissances. Maître Eckhart, comme s. Thomas, adopte ce dernier point de vue.

1. C'est là une conséquence de la doctrine précédente. Si la grâce est subjectée dans l'essence de l'âme, elle doit modifier directement l'être même de l'âme, et non point ses opérations. s. Thomas écrit à ce sujet : « Cum enim virtus dicatur id quod operationis principium est, operatio autem potentiam sequatur, convenienter virtus ad potentiam refertur. Gratiae autem effectus est ut Deo acceptum faciat ; hoc autem per prius respicit ipsam animam quam operationem ejus », *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXVI, q. I, a. 3. Cette doctrine sur le sujet et l'effet direct de la grâce suppose, comme nous l'avons dit dans la note précédente, la distinction entre grâce et vertu.

2. Comment faut il entendre ce texte d'Eckhart ? Veut il dire que la grâce sanctifiante est subjectée dans l'intellect ? Mais l'intellect est une faculté ; et maître Eckhart, quelques lignes plus haut nous a laissé soupçonner qu'il se rangeait à l'opinion des docteurs d'après laquelle la grâce serait subjectée non point dans les facultés, mais dans l'essence de l'âme. Il veut donc probablement parler de la partie purement intellectuelle ou spirituelle de l'âme, au dessus de la vie sensitive.

3. Cette distinction de l'intellect ut res et natura, et ut intellectus, est plus compréhensible. Tout ce qui existe, en effet, a sa nature déterminée, mais en outre l'intellect peut connaître l'intelligible et tout intelligible ; c'est ainsi que la faculté intellectuelle, *ut res*, est un accident déterminé de l'âme ; *ut intellectus*, elle est essentiellement relative à tout l'intelligible « potest omnia fieri » Il est donc légitime de distinguer l'intellect comme nature, et l'intellect en tant que tel ; comme il est légitime de distinguer la volonté *ut natura*, et la volonté *ut voluntas*. S. Thomas, *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXXIX, q. II, a. 2 ; lib. III, Dist. XVII, q. I, a. 1, questiunc. 3 ; *De veritate*, q. XXII, a. 5; *Summa* ; *Theol.*, I P., q. LXXXIII, a. 3, 4.



ut naturam sapit divinam, et ut sic est superior natura, et per consequens supernaturale. Patet [C = Fol. 76^{v-1}] hoc de intellectu in *De causis*, proposicione septima in commento [1]. Sic ergo gracia supernaturalis in solo cadit intellectu, ut intellectus est super naturam ; propter quod omne et solum hoc est supernaturale et gracia gratum faciens, quod ibi recipitur et agitur. Ad hoc facit quod veritas est in intellectu [2], non ut res est aut natura, sed est in ipso ut intellectus, particeps divini intellectus. Si enim esset veritas in intellectu, ut res et natura, iam verum et falsum essent in rebus, contra illud quod VI *Metaphys* [3]. dicitur, et sicut dictum est de veritate et intellectu, similiter se habet in voluntate et caritate. Hinc est quod secundum AUGUSTINUM et PLATONEM intellectus, veritas, virtus, sciencia sunt de mundo et regione supernaturali. Sensus aut verisimile, et effluxus aut similitudo veritatis, et opinio, sunt de regione nature et mundi inferioris [4]. Gracia igitur gratum

---

2 intellectu *add E* ut. — 3 septima || 4^a *E* ; 14^a *C*. — 5 ut || et *E*. — 9 ut intellectus || ut intelligit *E*. — 9 esset veritas || veritas esset *C*. — 12 veritate || vi^{te} *C*. — 13 hinc || hic *C*.

---

1. Liber *De causis*, prop. VI ; éd. O. BARDENHENWER, p. 169. C'est à la proposition tout entière qu'il faut se reporter : « Intelligentia est substantia quae non dividitur... intelligentia quidem non est cum tempore, immo est cum aeternitate : quapropter facta est altior et superior omni corpore, omni tempore et omni multitudine... quapropter facta est supra tempus et cum aeternitate... »

2. Voir s. THOMAS, *Comm. Sent.*, lib. IV, Dist. XIX, q. V, a. 1 ; *De veritate*, q. I, a. 2 ; *Summa Theol.*, I P., q. XVI, a. 1.

3. ARISTOTE, *Metaphys.*, lib. V, cap. IV, éd. Berlin, 1027 « Οὐ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν... ἀλλ' ἐν διανοίᾳ = non enim est falsum et verum in rebus... sed in mente ». S. Thomas cite ce texte d'Aristote dans les articles mentionnés plus haut, n. 2. Dans son *Comm. des Metaphys.* liv. VI, lect. IV, s. THOMAS commente ainsi : « Posset autem aliquis credere, quod verum et falsum sint etiam in rebus, sicut bonum et malum ; ita quod verum sit quoddam bonum et falsum sit quoddam malum : hoc enim oporteret si verum et falsum essent in rebus. Sed ipse hoc negat, dicens quod verum et falsum non sunt in rebus... sed sunt tantum in mente, idest in intellectu ».

4. S. AUGUSTIN, *Contra academicos*, lib. III, cap. XVII ; *P. L.*, t. XXXII, col. 954, s'exprime ainsi au sujet de cette doctrine de Platon : « Sat est enim ad id quod volo, Platonem sensisse duos esse mundos : unum intelligibilem, in quo ips veritas habitaret : istum autem sensibilem, quem manifestum est nos visu tactuque sentire. Itaque illum verum, hunc veri similum et ad illius imaginem factum. Et ideo de illo in ea, quae se cognosceret, anima velut expoliri et quasi serenari veritatem ; de hoc autem in stultorum animis non scientiam, sed opinionem posse generari... — Voir aussi *De quantitate animae*, cap. XXVIII, XXIX ; *P. L.*, t. XXXII, col. 1066-1067. — Dans le *Timée*, éd. des « Belles-Lettres » p. 34 a.,

1 faciens et supernaturalis est in intellectivo, inquantum intellectus particeps est et sapit naturam divinam, et ut est ymago sive ad ymaginem Dei [1].

Platon distingue « trois sortes de mouvements : 1° le mouvement circulaire, mouvement fondamental de l'âme du monde et de touté la sphère mondiale tournant uniformément autour de la terre, centre du monde ; 2° le mouvement hélicoïdal de certains corps célestes, du soleil et des planètes décrivant les spirales de leur révolution annuelle à travers le zodiaque ; 3° les multiples mouvements rectilignes ou autres, particuliers aux corps sublunaires, les plus grossiers et les moins parfaits de tous les corps. » P. HUGUENY, *Circulaire, rectiligne, hélicoïdal. Les trois degrés de la contemplation*, dans *Revue des Sciences Philosophiques et Théologiques*, 1924, p. 329. Dans tout ce texte, Platon exprime l'idée que nous retrouvons dans s. Augustin, et que nous lisons ici dans le commentaire d'Eckhart : « Le mouvement circulaire est mis en relation avec la connaissance scientifique, le mouvement hélicoïdal avec l'opinion, les autres mouvements avec la sensation. » P. HUGUENY, *ibid.*, p. 329.

1. Arrêtons nous ici quelque peu sur la pensée d'Eckhart. Elle n'est pas facile à saisir, et je ne suis même pas sûr de la comprendre absolument :

I Maître Eckhart parle ici de la grâce sanctifiante : Est autem gracia que dicitur gratum faciens, de qua notanda sunt duo, ut nunc, p. 359, 10.

II Le premier effet de la grâce sanctifiante est de surélever l'âme à l'état surnaturel. Subjectée dans l'essence de l'âme, la grâce modifie donc immédiatement et essentiellement notre être foncier, à l'encontre des vertus qui modifient immédiatement nos facultés en vue de l'action surnaturelle. Jusqu'ici, Eckhart exprime la saine doctrine de s. Thomas.

III La grâce sanctifiante, qui nous constitue dans une certaine ressemblance divine, est dite surnaturelle : gracia gratum faciens, quae et supernaturalis dicitur, p. 365, 5.
Et voici un rapprochement qui vient immédiatement à la pensée — je dirais plus volontiers à l'imagination dialectique — de maître Eckhart, et qui oriente son esprit dans une direction inattendue.

L'intellect, pense maître Eckhart, est surnaturel, non pas en tant que nature, cela se conçoit, mais en tant que faculté d'intellection. Eckhart, nous le voyons, est victime des mots ; s'il y a une logique dans son raisonnement — et il y en a une — c'est une logique de pur dialecticien. Suivons le dans ses déductions :

a) Il faut distinguer, dit-il, l'intelligence comme nature et comme faculté de comprendre. Ceci est exact et conforme même à l'enseignement de s. Thomas, comme nous l'avons vu.

b) Comme nature, l'intelligence est une chose, une « res », et rien de plus : tout ce qui est constitué dans la réalité, nous a dit plus haut s. Thomas, est une certaine nature.

c) Mais l'intelligence peut être envisagée comme faculté d'intellection : à ce point de vue elle est surnaturelle. C'est là que commence l'imbroglio de maître Eckhart. — Elle est surnaturelle pour deux raisons :

1. Par sa ressemblance avec l'intelligence divine : ut naturam sapit divinam, p. 361, 1. Eckhart ici est en pleine équivoque et se rattache à un courant néoplatonicien mal défini. Du fait qu'un être est à l'image, ou plutôt à la ressemblance divine, il ne peut être dit, pour cela, surnaturel.

2. L'intelligence est surnaturelle, pour une autre raison. L'intelligence, comme intelligence, est différente de l'intelligence comme nature. Nous

§ 5.

Oportet prevenire solem ad benediccionem tuam et ad ortum lucis te adorare [v. 28].

Exponitur litteraliter et moraliter.

« Oportet prevenire solem ad benediccionem tuam et ad ortum lucis te adorare ». Ad litteram vult dicere, quod oportebat prevenire ortum solis et lucis in colligendo manna, quia in calescente sole liquefiebat, sicut hic premittitur [v. 27]. Descendebat enim manna nocte super castra cum rore, sicut dicitur Numer. XI [9] [1]. Roris autem generacio est antelucana. De hoc autem manna vel mannate scribit Albertus, secundo libro *Methcorum*, tractatu primo,

1 ortum *om C.* — 3 enim *om C.* — 5 antelucana ‖ antelucanum *C*; antelucacium *E.* — 6 scribit Albertus *om E.*

venons de le voir. Donc l'intelligence, comme intelligence, est au-dessus de la nature, et par conséquent surnaturelle : et ut sic, est superior natura, et per consequens supernaturale, p. 361, 1-2. Nous sommes ici en pleine imagination verbale.

Eckhart couvre sa doctrine d'autorités néoplatoniciennes : le *De causis*, et la conception de Platon sur la science et l'opinion. D'après Platon, — auquel fait écho s. Augustin — l'intellect, la vérité, la vertu, la science appartiennent à un monde supérieur, Eckhart dit surnaturel ; tandis que la connaissance sensible et l'opinion relèvent du monde inférieur de la nature. Bref, l'intelligence est surnaturelle, et c'est ce qui fait que la vérité est dans l'intellect comme intellect, et non pas dans l'intellect comme nature, car alors il faudrait contredire Aristote, qui affirme explicitement que le vrai et le faux — à l'encontre du bien et du mal — ne se trouvent point dans les choses.

IV La grâce sanctifiante est surnaturelle. D'autre part, l'intelligence est surnaturelle. La conclusion — toute dialectique — s'impose à maître Eckhart : donc la grâce sanctifiante est dans l'intellect et dans lui seul : gracia gratum faciens que et supernaturalis dicitur, est in solo intellectivo, p. 360, 5; gracia igitur gratum faciens et supernaturalis est in intellectivo, p. 362, 1.

V Comment Eckhart accorde-t-il cette conclusion avec ce qu'il a dit précédemment sur l'essence de l'âme, sujet de la grâce, p. 359, 18? Je ne sais. Pour lui, l'essence de l'âme, est-ce l'intellect ? Il ne nous le dit pas, et nous ne pouvons de nous-mêmes faire le raccord entre la première théorie traditionnelle, et la seconde théorie que nous venons d'exposer, à base de philosophie néoplatonicienne, et codifiée, pour ainsi dire, par l'esprit essentiellement dialectique de maître Eckhart.

1. Dans la Vulgate : « Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter et man. »

capitulo XIV, ex AVICENNA [1], [E = col. 171], concordans hiis que scribuntur Exo. XVI.

Potest tamen secundo exponi quod hic dicitur : « OPORTET PREVENIRE SOLEM » etc., ut sit sensus, quod volens accipere benediccionem Sapiencie, oportet prevenire solem, id est tempestive et mane, non expectato ortu solis pigritudini intendere, nec tepidum esse. Ea enim que ferventer desideramus attingere, non expectato sole orto incipimus, et hoc est quod supra VI [v. 13] dicitur de Sapiencia : « *invenitur ab hiis qui querunt eam* », fervore scilicet et desiderio, et infra [v. 15] : « *qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit* ». PHILOSOPHUS eciam in *Yconomicis* [2] dicit : « *quod nocte surgere ad philosophiam utile est, et ad sanitatem* » et in Psalmo [XVIII, v. 3] dicitur : « *nox nocti indicat sciencιam* ».

Tercio potest sic exponi, ut sit sensus, quod ad participandam benedictionem Dei, oportet quod sol preveniat, id est cor mundum soli simile. Unde IERONYMUS, super *Ecclesiasten*, in capitulo II°, in originali sic ait : « *in sole posuit tabernaculum suum. Itaque qui necdum ad solis claritatem, ordinemque constancie pervenit, in hoc nec habitare potest, nec habundare Christus, Sapiencia Patris* [3] ».

4 etc *om E.* — 6 ortu || orto *E.* — 6 solis add *C nec* — 8 non expectato *om E.* — 12 yconomicis || Ycanomicis *E : y et i, ulterius superaddita.* — 13 *In marg. E:* philosophus. — 16 participandam || percipiendam *C.* — 18 Ecclesiasten || Eccl° *E.* — 22 nec habundare *om E.*

1. ALBERT LE GRAND, *Comment. Metheor.*, lib. II, t. I, cap. XIV, éd. BORGNET, t. IV, p. 531 B. : « Quod autem verum sit quod dictum est, testatur Avicenna in secundo libro *Canonis*, ubi loquitur de simplicibus medicinis, dicens quod mel est occultus ros cadens super flores et alias plantas et super lapides, quod apes colligunt : aliquando est ros manifestus, quem possunt colligere homines. In idem autem redit generatio mannatis ; quia manna secundum Avicennam est ros, et est de generatione mellis in terris calidis cadens spissius melle communi, et exsiccatur, et multam virtutem contrahit ab eo super quod cadit. »

2. ARISTOTE, *Economica*, ou *De cura rei familiaris*, lib. I, cap. VI ; éd. Berlin 1345 a, 14 : « Καὶ μηδέποτε ἀφύλακτον οἰκίαν εἶναι ὥσπερ πόλιν, ὅσα τε δεῖ ποιεῖν, μήτε νυκτὸς μήτε ἡμέρας παριέναι, τό δε διανίστασθαι νύκτωρ. τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν καὶ οἰκονομίαν καὶ φιλοσοφίαν χρήσιμον = domis autem sine custodia relinquetur tanquam urbs multo tempore. Quaeque fieri oportet, ea neque die neque noctu intermittentur ; ac noctu quidem surgere minime : hoc enim et ad sanitatem et rei familiaris curam et studia sapientiae conducit. ». Si je ne me trompe, Aristote enseigne exactement le contraire de ce que lui fait dire maître Eckhart.

3. S. JÉRÔME, *Comm. in Ecclesiasten*, cap. II ; *P. L.*, t. XXIII, col. 1082 B : Christus in sole posuit tabernaculum suum. Itaque qui necdum ad solis claritatem, ordinem, constantiamque pervenit, in hoc Christus nec habitare poterit, nec abundare. »

CAP. XVII

E = col. 171
C = Fol. 76^{v-1}

MAGNA ENIM SUNT IUDICIA TUA, DOMINE

§ 1.

APPAREBAT ILLIS SUBITANEUS IGNIS TIMORE PLENUS
[v. 6]

Ubi habes quandam questionem et eius solucionem.

« APPAREBAT AUTEM ILLIS SUBITANEUS IGNIS TIMORE PLENUS ». Notandum quod utrum repentina et subitanea magis minusve sunt terribilia, disputat pulchre et diffuse TULLIUS, *De tusculis questionibus*, lib. III, inter Terencium et Epycurum [1]. De hoc eciam SENECA, in epistolis suis, specialiter LXXVI que incipit : *Inimicicias*, tractat [2]. Ad presens autem sufficiat quod THOMAS super hoc scribit prima secunde, questione XLII, art. 5 [3].

---

11 sunt *om C.* — 14 LXXVI || LXXVII *E C.* — 15 prima || puta *C.* — 16 XLII || XLI *C.*

---

1. CICÉRON, *Tusculanarum Disputationum*, lib. III, cap. XV; éd. C. F. W. MUELLER, Leipzig, Teubner, 1898, P. IV, col. I, p. 368.

2. SÉNÈQUE, *Epistola* LXXVI ; éd. F. HAASE, Leipzig, Teubner, 1895, vol. III, p. 185. Cette lettre commence par : « Inimicitias michi denuntias, si quicquam ex iis, quae cotidie facio, ignoraveris. »

3. S. THOMAS, *Summa Theol.*, Ia - IIae, q. XLII, a. 5. Cet article est intitulé : « *Utrum repentina magis timeantur.* ». S. Thomas renvoie ausi dans cet article au *De tusculanis questionibus* de Cicéron : « Omnia enim corporalia et bona et mala quanto magis considerantur, minora apparent. Et ideo, sicut propter diuturnitatem dolor praesentis mali mitigatur, ut patet per Tullium in III *De tusculanis quaest.* ; ita etiam ex praemeditatione minuitur timor futuri mali. » Eckhart connait cet article de s. Thomas : il nous y renvoie. De plus, notons qu'il semble avoir connu directement aussi, au moins en partie, l'ouvrage de Cicéron, dont il est ici question. Voir DANIELS, O. S. B., *Eine lateinische Rechtfertigungsschrift des Meister Eckhart*, dans *Beiträge zur Geschichte der Phil. des M. A* ; B. XXIII, H. 5, 1923, p. 7, n 2..

§ 2.

Frequenter preoccupant pessima, arguente consciencia [v. 10] [1].

« Frequenter enim preoccupant pessima, arguente consciencia ». Sensus est quod consciencia arguente, et sibi malus conscius de nequicia, timendo, iam [C = Fol. 76v-2] cruciatur et punitur ipso timore. Dupliciter quidem, quia frequenter ea que timet mala aut non erunt, aut minora erunt ; et hoc est quod hic dicitur : « preoccupant pessima ». Preoccupant quidem quantum ad primum, quia antequam sint mala que timet, futura iam preoccupant ; et sunt timore pessima, quia fortassis numquam erunt in re extra ; aut si erunt, non sic erunt gravia, nec pessima ; propter quod ait : « pessima ». Unde li : « pessima » debet accipi in recto, non in obliquo. Unde sequitur : « *semper presumit seva perturbata consciencia* » [v. 10]. « *Presumit* », id est prius sumit et assumit antequam sint « *seva* », que fortassis si venerint, erunt minora ; unde sequitur : « *et dum ab intus minor est expectacio, maiorem computat potenciam* [2] *eius cause, de qua tormentum prestat* » [v. 12]. Sensus iste videtur multum litteralis. Glossa tamen et expositores aliter hoc exponunt [3].

§ 3.

Sive Spiritus sibilans [v. 17]

« Sive spiritus sibilans », etc. Ad litteram : mali sibi

2 preoccupant || preoccupat *E.* — 4 *In marg. E :* XVII. *C.* — 4 preoccupant || occupant *C.* — 6 malus || malis *E.* — 6 timendo || mando *E.* — 8 que *om C.* — 11 timet || timent *E.* — 14 propter quod ait pessima *om C per homotel.* — 18 unde sequitur *om E.* — 19 computat || putat *E, correctum ex :* computat. — 20 eius *om C.* — 22 hoc || hic *E.* — 25 etc *om C.* — 25 mali || male *E.*

1. Ce verset précédait dans le ms. d'Eckhart le v. 10 de la Vulgate, commenté quelques lignes plus loin. l. 15. C'en était probablement une glose, comme on peut le voir en comparant le texte de la Vulgate et le texte cité par Eckhart:

Semper	presumit	seva	perturbata	conscientia	[Vulgate]
Frequenter	preoccupant	pessima	arguente	conscientia	[Eckhart]

2. Dans la Vulgate : inscientiam.

3. La Glose ordinaire commente ainsi ce texte *Timor plenus* : « quia undique

conscii de nequicia, consciencia arguente, ad sibilum spiritus, id est flatum venti, vel commocionem ramorum arborum, aut cantus avium inter ramos, et strepitus aque decurrentis, vel petrarum cadencium et similia que hic secuntur, deficiunt pre timore ; et hoc est quod sequitur : « *ipsi ergo sibi erant graviores tenebre* » [v. 20]. Iob. XV [v. 21] : « *sonitus* [E = col. 172] *terroris semper in auribus illius ; et cum pax sit, ille insidias suspicatur* ». Proverb. X [v. 15] : « *pavor pauperum egestas eorum* » et infra, ibidem [v. 29] : « *pavor hiis qui operantur malum* ».

CAP. XVIII

E = Col. 172
C = Fol. 76^{v-2}

SANCTIS AUTEM TUIS.

§ I.

CUM QUIETUM SILENCIUM CONTINERENT OMNIA.
[Sap. XVIII, 14]

Istud exponitur primo litteraliter, secundo moraliter : ubi multa invenies notabilia que necessaria sunt ad hoc quod Deus, Dei Filius, in nobis nascatur, in mentem veniat ; et sunt sex numero. Adhuc post ibidem habes quatuor notabilia circa idem, prout littera Ecclesie in officio habet : dum medium silencium tenerent omnia.

« CUM ENIM QUIETUM SILENCIUM CONTINERENT OMNIA » et cetera. Ad litteram vult dicere quod ea de quibus hic loquitur acciderunt hora matutina medie noctis, quando quiescunt omnia et sunt in silencio.

1 sibilum || sibulum *E.* — 3 et || aut *C.* — 5 hoc || hic *C.* — 9 infra || III *E.* — 16 continerent || teneret *C.*— 23 officio || officium *E.* — 23 dum medium silencium tenerent *dupl. E.* — 25 *In marg. E :* capitulum 18. — 25 cum enim || dum 9r° *(sic) C.* — 25 continerent || continet *C.* — 27 acciderunt || acciderant *C.* — 27 medie || media *C.*

poenas formidabant. Quanto enim sunt graviores dolores, tanto rugores timentur horrores. », *P. L.*, t. CXIII, col. 1185.

Potest tamen dici quod Sapiencia Dei, Verbum, secundum carnem natus, venit in noctis medio, secundum illud Luc. II [v. 8] : « *pastores erant* » et Luc. [II, v. 8] : « *custodientes erant vigilias noctis* » et Luc. [II, v. 11] : « *natus vobis hodie Salvator* ».

Adhuc autem tercio quia nulla creatura nec oblacio nec sacrificium suffecit ad satisfaciendum pro peccato, sed omnia siluerunt, et muta fuerunt, quieverunt, dormierunt, tunc quidem Pater misit Filium in mundum, secundum illud Psalmi [XXXIX, v. 7-8] : « *sacrificium et oblacionem noluisti. Holocaustum pro peccato non postulasti; tunc dixi : ecce venio* » ; ut sit vox Patris ad Filium. [1]

Rursus in mentem venit Sapiencia, quando anima quiescit a tumultibus passionum, et occupacione rerum mundialium, quando ipsi silent omnia et ipsa silet omnibus ; et hoc est quod dicit AUGUSTINUS, IV *Confess.*, cap. XI : « *noli esse vana, anima mea. obsurdescere in aure cordis a tumultu vanitatis tue. Audi verbum ipsum ; ibi est locus quietis inperturbabilis ; ibi fige mansionem tuam* [2] » ; et IX libro sic ait : « *quid simile Verbo tuo Domino nostro, in se permanenti atque innovanti omnia* [Sap. VII, v. 27] [3] » ; et sequitur : « *si cui sileat tumultus carnis, sileant fantasie terre et poli, ipsa sibi anima sileat, ei transeat se non se cogitando, sileant sompnia et ymaginarie revelaciones et loquatur ipse solus per se ipsum ut audiamus verbum eius* [4] ». Hoc est ergo quod

4 erant *om C.* — 4 Luc || Mr *E* ; Mt *C.* — 4 natus *add C* est. — 7 suffecit || sufficit *E.* — 7 satisfaciendum || sacrificandum (?) *E*; sacrificium *C.* — 8 siluerunt || consuluerunt *C.* — 11 Holocaustum *add C* et. — 15 ipsa || ipsi *E.* — 16 XI || 9° *E C.* — 17 obsurdescere || obsurdesce *E.* — 18 ibi || rei *E.* — 22 sileat || sileant *C.* — 22 *In marg. E :* Augustinus. Nota.

1. Nous laissons la leçon de *E C*; mais, pour avoir ici un sens acceptable, il faut la corriger comme suit : ut sit vox Filii ad Patrem.

2. S. AUGUSTIN, *Confess.*, lib. IV, cap. XI; *P. L.*, t. XXXII, col 700 : « Noli esse vana, anima mea ; et obsurdescere in aure cordis, tumultu vanitatis tuae. Audi et tu : Verbum ipsum clamat ut redeas ; et ibi est locus quietus imperturbabilis, ubi non deseritur amor, si ipse non deserat. Ecce illa discedunt, ut alia succedant, et omnibus suis partibus constet infima universitas. Numquid ego aliquo discedo, ait Verbum Dei ? Ibi fige mansionem tuam ; ibi commenda quidquid inde habes, anima mea, saltem fatigata fallaciis. »

3. S. AUGUSTIN, *ibid.*, lib. IX, cap. X ; *P. L.*, t. XXXII, col. 774, n° 24 : « Et quid simile Verbo tuo domino nostro, in se permanenti sine vetustate atque innovanti omnia ? [Sap. VII, 27]. »

4. S. AUGUSTIN, *ibid.*, lib. IX ; *P. L.*, t. XXXII, col. 774, n° 25.

dicitur : « CUM QUIETUM SILENCIUM TENERENT OMNIA ». Et PHILOSOPHUS dicit : « *quod anima sedendo et quiescendo fit prudens* [1] ». Iob XXXIII [v. 15-16] : « *in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit* ». Ponderanda sunt singula.

[C = Fol. 77^{r-1}]. Adhuc autem quinto oportet quod quies et silencium contineant omnia, ad hoc ut Domini Verbum in mentem veniat per graciam, et Filius nascatur in anima. Sileant itaque omnia tam coniunctim quam divisim : coniunctim quidem, quia li : « OMNIA » importat numerum sive multitudinem. Hec enim sunt casus ab uno. Deus autem unus est. Silet autem et quiescit omnis numerus et multitudo unitate et uno [2], propter quod in Psalmo [XXVI, v. 4] dicitur : « *unam pecii a Domino,* » id est unum, secundum proprietatem hebraicam [3]. Et iterum [Psalmo CXXXII, v. 1] : *ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum* » ; et infra [v. 3] : « *illic mandavit Dominus benediccionem* ».

Rursus silent omnia divisim, quando silet anime hoc et hoc, creatum et distinctum. Ubi notandum quod hoc ne-

1 tenerent || contineret *C.* — 7 *In marg. E :* quinta exposicio. — 8 contineant || contineat *C.* — 8 ad hoc ut Domini || adhuc Deus *C.* — 10 coniunctim || coniunctum *C.* — 12 Hec || Hic *C.* — 13 Silet || scilicet *E.* — 15 Domino *add C* hanc requiram.

1. ARISTOTE, *Physic.*, lib. VII, cap. III ; éd. Berlin, 247 b, 10, 17 : « Τῷ γὰρ ἠρεμῆσαι καὶ στῆναι τὴν διάνοιαν ἐπίστασθαι καὶ φρονεῖν λέγομεν.... τῷ γὰρ καθίστασθαι τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς φυσικῆς ταραχῆς φρόνιμόν τι γίνεται καὶ ἐπιστῆμον = inquietari enim et residere anima sciens fit et prudens... » S. THOMAS, *Comm. Physic.* lib. VII, lect. VI, explique ainsi la pensée d'Aristote : « Ostendit quod in acceptione scientiae non est generatio vel alteratio. Quidquid enim advenit alicui per solam quietationem et residentiam aliquarum perturbationum vel motionum, non advenit per generationem et alterationem ; sed scientia, quae est cognitio speculativa, et prudentia, quae est ratio practica, adveniunt animae per quietationem et residentiam corporalium motionum et sensibilium passionum ; non ergo scientia et prudentia adveniunt animae per generationem vel alterationem ». Voir aussi s. THOMAS, *Summa Theol.*, Ia-IIae, q. XXXIII, a. 3.

2. Voir *Archives*, t. III, p. 362-363.

3. S. AUGUSTIN, expliquait ainsi ce texte : « unam enim petitionem petii a domino », *Enarrat. in Psalm.* XXVI ; *P. L.* t. XXXVI, col. 187, n° 4. Eckhart interprète cette parole du Psaume, avec ses pensées métaphysiques : « Ce que nous demandons au Seigneur, c'est l'Un. ». Et il ajoute — sans aucune autorité, mais avec l'idée de confirmer son exégèse qui, à vrai dire, est profonde et très belle — : en hébreu le terme *unam* doit s'interpréter *unum*.



cessarium est anime que debet ipsum Deum suscipere, propter quatuor :

Primo : quia ipse Deus non est hoc aut hoc, sed super omnia. AVICENNA eciam dicit VIII *Metaphys.*, cap. V, in fine : « *manifestum est quod primus non habet genus* » ; et infra : « *qui est altissimus et gloriosus ; quoniam omne quod est, ab eo est, et non est communicans ei quod est ab ipso. Ipse vero est omne quod est, et tamen non est aliquid ex hiis* [1] ».

Secundo quia hoc et hoc omne [E = Col. 173] sive quodlibet est creatum, Deus autem increatus [2].

Tercio quia omne amans indistinctum et indistinctionem, odit tam distinctum, quam distinctionem. Deus autem indistinctus est ; et anima amat indistingui, id est unum esse et fieri cum Deo. Hoc autem et hoc quodlibet distinctum est, et distinctionem novit et sapit [3].

---

4 *In marg E :* Avicenna. — 5 manifestum || maius *E.* — 6 est *om C.* — 7 eo est. *In E* est *scribitur ex secunda manu.* — 8 omne quod est *om E C.* — 8 tamen || cum *C.* — 11 omne || vere (?) *C.*— 12 distinctionem || indistinctionem *C.*— 12 autem || aut *E.* — 15 novit || nominavit *C.*

---

1. AVICENNE, *Metaphysic.*, tr. VIII, cap. V ; éd. Venise, 1508, fol. $99^{v\text{-}a}$ « Iam igitur manifestum est quod primus non habet genus nec quidditatem nec qualitatem nec quantitatem nec quando nec ubi nec simile sibi nec contrarium, quod est altissimus et gloriosus et quod non habet diffinitionem, et quod non potest fieri demonstratio de eo ; sed ipse est demonstratio de omni quod est; immo sunt de eo signa manifesta. Cum autem designatur eius certitudo, non designatur nisi post unitatem per negationem, consilium ab ipso, et per affirmationem relationum ad ipsum ; quoniam omne quod est ab ipso est, et non est communicans ei quod est ab ipso. Ipse vero est omne quod est, et tamen non est aliquod ex his. »

Dieu n'est pas dans un genre. Voir s. THOMAS, *De potentia*, q. VII, a. 3 ; *Summa Theol.*, I P.,q. III, a. 5 ; *Comm. Sent.*, lib. I ; Dist. VIII, q. IV, a. 2 ; Dist. XIX, q. IV, a. 2.— Dieu est indistinct, de ce fait que son être ne peut être classé dans aucun genre. Voir *Archives*, t. III, p. 363 ; et plus haut, p. 253 et sq. Il s'ensuit que pour Dieu, l'âme doit être, elle aussi, indistincte. Elle devient indistincte, en renonçant à recevoir ce qui est créé, par conséquent, à ce qui est déterminé par un genre et une différence spécifique ; en termes mystiques : en renonçant à toute attache aux créatures : « quando silet animae hoc et hoc, creatum et distinctum », p. 369, 20.

2. Eckhart ne fait qu'indiquer cette seconde raison. Il veut expliquer ici ce texte de la *Sagesse* : « Cum quietum silencium contineret omnia» ; et plus concrètement, dans le passage que nous étudions, il veut montrer que l'âme, pour s'unir à son Dieu, doit établir en elle le silence. La seconde preuve que nous avons ici, est la contre-partie de la première. Après nous avoir dit que tout le créé est « déterminé ». « distinct », mais que Dieu est « indistinct », Eckhart retourne cette proposition et nous dit : tout ce qui distinct, déterminé, est du domaine du créé. Donc — et cette conclusion est identique à la première — pour s'unir à l'incréé, l'âme doit renoncer au créé.

1. Nous retrouvons là des notions familières à maître Eckhart Tout ce qui aime, dit-il, l'indistinct et l'indistinction, hait nécessairement le distinct et la distinction.

Quarto : quia anima naturaliter fertur in bonum simpliciter et absolute ; nichil autem hoc et hoc est bonum simpliciter et absolute, ut dicit AUGUSTINUS, IV *De Trinitate* [1]; et hoc est quod idem AUGUSTINUS dicit, primo *Confess.* [2], loquens Deo : « *fecisti nos ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te* ».

Exemplum premissorum est, quod coloratum absolute et simpliciter, formaliter et per se est obiectum visus. Hoc autem et hoc coloratum quodlibet est omnino per accidens oculo vel visui [3].

Adhuc autem sexto principaliter ad hoc ut Deus Filius in nobis nascatur, in mentem veniens, oportet quietum silencium continere omnia. Filius enim ymago est Patris [4], et anima ad ymaginem Dei [5]. Ymago autem ex sui racione et proprietate est formalis quedam productio in silencio cause efficientis et finalis, que proprie creaturam extra respiciunt [6] et significant ebullicionem [7]. Ymago autem, utpote formalis

---

3 IV || 8a *C.* — 3 *In marg. E* : De adventu. — 5 nos *dupl C.* — 6 donec || donet *E.* — 12 mentem || mente *C.* — 14 anima || omnia *C.* — 15 proprietate || propricte *(sic) C.* — 15 silencio *add C* esse. — 17 significant || figunt *C.*

Or Dieu est indistinct. Donc l'âme qui veut s'unir à Dieu — et l'âme désire naturellement se fondre dans l'indistinct, devenir un avec Dieu — doit donc haïr le distinct. Et le distinct est représenté par tous et chacun des êtres créés. Nous reviendrons longuement, dans notre travail général sur Eckhart, sur la portée métaphysique et mystique de ces doctrines.

1. S. AUGUSTIN, *De Trinitate*, lib. VII, cap. III ; *P. L.*, t. XLII, col. 949. Le chapître est intitulé: « Quomodo cognoscatur Deum esse Summum bonum. Animus nonnisi conversione ad Deum fit bonus. » S. AUGUSTIN y écrit entre autres : « Quid plura et plura ? Bonum hoc et bonum illud : tolle hoc et illud, et vide ipsum bonum, ita Deum videbis, non alio bono bonum, sed bonum omnis boni... Sic amandus est Deus, non hoc et illud bonum, sed ipsum bonum... »

2. S. AUGUSTIN, *Confess.*, lib. I, cap. I ; *P. L.*, t. XXXII, col. 661.

3. S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. I, a. 7 ; q. XLV, a. 4, ad 1um ; Ia-IIae q. I, a. 1 ad 2um ; q. VIII, a. 2 ; q. X, a. 2, etc... S. Thomas précise que l'objet de la vue est le visible, le coloré, d'une façon générale, mais que concrétement, c'est toujours tel ou tel objet coloré qu'appréhende la vue : « Nam ex eo dicitur aliquid creatum, quod est ens, non ex eo quod hoc ens, cum creatio sit emanatio totius esse ab ente universali... Et est similis modus loquendi, sicut si diceretur quod *primum visibile est color*, quamvis illud quod proprie videtur, sit *coloratum*. »

4. S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XXXV, a. 1; *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. XXVIII, q. II, a. 2.

5. S. THOMAS, *Summa Theol.*, I P., q. XCIII, a. 1 ; *Contra Gentes*, lib. IV. cap. XXVI.

6. Eckhart veut dire ici que les causes efficientes et finales sont des causes extrinséques, tandis que les causes formelles et matérielles sont les causes intrinsèques de l'être. Voir plus haut, p. 268-269.

7. Les causes efficiente et finale étant des causes extrinséques, Eckhart, dans

emanacio, sapit proprie bullicionem [1]. Hoc est ergo quod

---

son imagination féconde, les compare à l'ébullition. L'ébullition ne fait-elle pas sortir, ne pousse-t-elle pas dehors, le corps qui est précisément en ébullition ! S. Thomas écrit, *Comm. Sent.*, lib. III, Dist. XXVII, q. I, a. 1, ad 4um : « Sed quia nihil potest in alterum transformari nisi secundum quod a sua forma quodammodo recedit, quia unius una est forma, ideo hanc divisionem penetrationis praecedit alia divisio, quia amans a seipso separatur, in amatum tendens ; et secundum hoc dicitur amor extasim facere, et fervere, quia quod fervet extra se bullit, et exhalat. »

1. La pensée d'Eckhart n'est pas toujours de celles que l'on peut saisir à la première lecture. Essayons de reconstituer schématiquement cette pensée riche et confuse, et qui, dans sa profondeur, risque à chaque instant de tomber dans l'erreur.

Eckhart nous dit, que l'image est « productio *in silencio* cause efficientis et finalis», p. 374, 15. Que signifie le *silence* dont parle ici le maître? Relisons tout le contexte :

1. Le silence dont il est question dans la *Sagesse* : « cum quietum silencium continent omnia », signifie, au sens littéral, le silence extérieur de la nature physique : « ad litteram vult dicere quod ea de quibus loquitur acciderunt hora matutina medie noctis, quando quiescunt omnia et sunt in silencio », p. 367, 26.

2. Le silence de l'Incarnation : le Christ est né au milieu de la silence de la nuit : « Verbum, secundum carnem natus, venit in noctis medio. », p. 368, 1.

3. Le silence de la Rédemption. Aucune créature ne pouvait satisfaire pour le péché originel ; aucun sacrifice, aucune oblation créée n'était suffisante. Toute la création a dû faire silence, pour laisser un Dieu réparer pour nous : « nulla creatura, nec oblacio, nec sacrificium suffecit ad satisfaciendum pro peccato; sed omnia siluerunt, et muta fuerunt, quieverunt, dormierunt. Tunc quidem Pater misit Filium in mundum. », p. 368, 6.

4. Le silence des passions et le renoncement à toutes les mondanités. Le Christ ne peut être en nous que dans le silence, comme il est né dans le silence de la nuit. p. 368, 13.

5. Le silence, c'est le recueillement dans l'Un, silence nécessaire pour nous préparer à la réception de l'Unité, qui est l'Essence divine.

a) Il y a le silence de toutes choses, en général, *coniunctim*, et qui consiste dans l'éloignement de toute multiplicité, pour se concentrer dans l'Unité p. 369, 10

b) Il y a le silence, imposé à chacune des attaches qui nous lient au créé, *divisim*, p. 369, 20. Ce silence c'est :

le renoncement à toute détermination, p. 370, 2-8
le renoncement, au créé, p. 370, 9-10.
le renoncement au distinct, p. 370, 11-15.

Si nous voulons nous unir à Dieu, l'Etre même, incréé et indistinct, il faut imposer silence à tout ce qui est déterminé, créé et distinct.

Dans l'un de ses sermons sur la naissance éternelle, Eckhart a exposé ces mêmes idées, en précisant encore davantage que la multiplicité entre en nous par la vie des sens, et qu'il faut y renoncer pour entrer en contact d'intimité avec l'Unité divine : « Ein Wort des weisen Mannes lautet : » Da alle Dinge in tiefem Schweigen lagen, da kam von oben hernieder, von dem königlichen Stuhle, in mich ein verborgenes Wort. ... So muss sich denn die Seele, in der die Geburt geschehen soll, gar lauter halten und gar vornehm leben : ganz einig und ganz innen ; nicht durch die fünf Sinne, hinauslaufen in die Mannigfaltigkeit der Kreaturen, sondern völlig innen und einig sein, in dem Lautersten was sie besitzt... Da ist das tiefe Schweigen, denn dahinein gelangte nie eine Kreatur noch irgend ein Bild : nicht kommt der Seele da mehr ein Wirken oder ein Erkennen zu, nicht mehr weiss sie da von irgend

1 hic dicitur : « CUM QUIETUM SILENCIUM CONTINERENT OMNIA » ; et infra : « *sermo tuus* » [Sap. XVIII, v. 16], Domine, id est Verbum, Filius, venit.

---

1 cum || eum *C*. — 1 silencium contineret || si convenirent *E*.— 1 contiuerent || tenerent *C*.

---

eine Kreatur...Wenn aber ein mensch solcher Weise ein Bild in sich aufnimmt, das muss notgedrungen von aussen, durch die Sinne einkommen. » H. BÜTTNER, *Meister Eckeharts Schriften und Predigten*, I B., Iéna, 1912, p. 32-25. C'est tout le sermon qu'il faudrait reproduire et analyser. —

D'une façon plus succincte, TAULER écrira : « Dum medium silencium fieret, do daz mittel swigen wart und alle ding in dem höhsten swigende worent und die naht iren louf vollebroht hette, herre, do kam dîne almehtige rede von dem küniglichen Stüle, das waz daz ewige wort von dem vetterlichen heitzen. In disem mittel swigende, in disem do alle ding sint in dem höhsten swigende und ein wor silencium ist, denne wurt man dis wort in der worheit hörende ; wan sol Got sprechen, du müst swigen ; sol Got ingon, alle ding müssent uzgon. », F. VETTER, *Die Predigten Taulers*, Berlin, 1910, p. 11, 30 sq. = « Dum medium silencium fieret. Alors que l'on était dans le plus grand silence, et que la nuit était au milieu de son cours, c'est alors, Seigneur, que de ton trône royal descendit la parole toute puissante, le Verbe éternel sortant du cœur de son Père. C'est au milieu du silence, au moment même où toutes les choses sont plongées dans le plus grand silence, où le vrai silence règne, c'est alors qu'on entend en vérité ce Verbe, car si tu veux que Dieu parle, il faut te taire ; pour qu'il entre, toutes choses doivent sortir. », P. HUGUENY, THÉRY ET A. L. CORIN, *Sermons de Tauler. Traduction sur les plus anciens manuscrits allemands*. Éditions de la *Vie spirituelle*, t. I, 1928, p. 173.

Chez les mystiques dominicains du XIV[e] siècle, cette doctrine du silence dérive de l'enseignement révélé : Eccle. IX, v. 17 ; Isaïe, XXX, v. 15 ; Thren. III, v. 26 ; s. Matth. VI, v. 6. Maître Eckhart traduit cet enseignement par le principe d'Aristote : « intus apparens prohibet extraneum = Παρεμφαινόμενον γὰρ κωλύει τὸ ἀλλότριον καὶ ἀντιφραττει, *De anima*, lib. III, cap. IV ; éd. Berlin, 429 a, 20. —Voir s. THOMAS, *Comm. de anima*, lib. III, lect. VII : l'œil doit être incolore pour être apte à percevoir toute couleur ; l'intelligence doit être totalement en puissance, c'est-à-dire n'être déterminée dans son essence par aucune idée particulière, pour recevoir toute forme intellectuelle ; et pareillement, l'âme, selon Eckhart et Tauler, pour recevoir en elle l'infini, doit chasser toute attache au fini ; pour entendre la voix de l'Infini, elle doit imposer silence à toutes les voix des créatures.

6. Il y a dans la pensée d'Eckhart un rapprochement entre la génération éternelle du Fils de Dieu, et la génération du Verbe en nous. Comme image éternelle, le Fils est un reflet direct, essentiel et absolu, du Père ; ainsi la génération du Fils en nous ne peut s'accomplir que dans le silence, c'est-à-dire, par un contact direct de l'Infini-Incréé, avec l'Infini-créé, comme s'exprime Eckhart, en maints endroits de ses œuvres. Cette doctrine a son histoire, que nous retracerons ; disons seulement ici, que nous touchons là, une fois de plus, le caractère entier, absolu et sans nuance de l'intelligence du maître. Il raisonne *ab univoco*, sans idée précise de l'analogie. Le panthéisme est tout près. De plus, Eckhart oublie pratiquement cet autre principe aristotélicien : quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur. Dans la participation des dons de Dieu, il ne regarde que le donateur, l'Infini, mais néglige le mode fini qu'impose nécessairement à la réception de l'Infini la créature finie. Il considère cette participation *secundum modum causæ* ; c'est à partir de là, qu'il raisonne, et qu'il déduit abstraitement et dialectiquement les caractères du bénéficiaire. Il ne raisonne pas, si je puis m'exprimer ainsi, *secundum modum effectus*. Par là, il rejoint le platonisme, qui considère surtout l'influence directe de la cause première. Par

Sciendum autem quod Ecclesia in officio sic tenet : « *Dum medium silencium tenerent omnia* » ; et secundum hoc sciendum quod in adventu Filii in mentem, oportet quod omne medium sileat. Natura enim medii repugnat unioni, quam anima appetit cum Deo et in Deo.

Racio est primo, quia esse, ex sui natura, est primum et novissimum, principium et finis, nequaquam medium ; quinimmo ipsum est medium ipsum quo solo mediante sunt et insunt et amantur omnia sive queruntur. Deus autem ipse est esse ipsum.

Rursus secundo videmus quod iustus, inquantum iustus, ipsam iusticiam amat inmediate, nullo medio ; quinimmo ipsa iusticia est medium ipsum, quo mediante amat anima iusti omne quod amat, eciam se ipsam. Unde si quis amat medium, aut eciam videt [C = Fol. 77[r-2]] medium, nec amat Deum, nec Deum videt ; propter quod optime reprobantur communiter ponentes theophanias ; reprobantur eciam a subtilioribus doctoribus ponentes quocumque modo deum videri per medium similitudinis [1].

---

4 natura || non *C.* — 4 repugnat || repugnat *C.* — 4 unioni || unionem *C.* — 7 est medium ipsum *om E per homotel.* — 11 iustus *add E* in. — 17 ponentes || potentes *C.* — 17 theophanias || thephonias *E C.* — 18 ponentes || potentes *C.*

---

contre, sans rien enlever à cette activité de la cause première; Aristote met davantage en lumière l'efficience des causes secondes. Dans l'explication profonde des doctrines d'Eckhart, il nous faudra revenir sans cesse aux grands problèmes de l'analogie, de la causalité et de la participation.

1. Hugues de Saint-Victor, dans son *Commentaire de la Hiérarchie Céleste* écrit : « Sicut non sumus creati nisi per ipsum, ita in recreatione et beatitudine nihil sistet nos usque ad ipsum. Tollantur igitur qui ponunt media theophaniarum suarum inter nos et Deum, quia non stabit cor nostrum, nisi ad Deum immediate perveniat. ». — « Si enim imago sola semper videtur, et veritas nunquam videtur, quoniam imago veritas non est, etiam cum de veritate est. Tollant ergo phantasias suas, quibus lumen mentium nostrarum obumbrare nituntur ; neque nobis Deum nostrum simulacris autumationum suarum intersepiant ; quia nos sicut satiare non potest aliquid praeter ipsum, ita nec sistere usque ad ipsum. Ipsas igitur theophanias alio modo, et veritati consentaneo existimemus. Sicut enim duo sunt, lumen et quod suscipit lumen corpus : et ex his duobus unum efficitur lucens, et ipsum lucens imago quodammodo est, et similitudo luminis, in eo quod lucet sicut ipsum lumen ; ita et Deus noster lumen est, et verum lumen est, et ipsum lumen rationales animi mundi et puri concipiunt ; et ex eo lucentes fiunt, et non sunt ipsi imago luminis in eo quod sunt ; sed in eo quod lucent ex lumine, sicut ipsum lumen lucet ; et sunt ipsa lucentia theophaniae luminis, in quibus lumen videtur, qu niam a nullo lumen videretur, si nullus a lumine illuminaretur... Sic ergo non constituimus alium inter Deum nostrum et nos, sed immediate viam facimus et nobis ad ipsum, et ipsi usque ad nos, ut simus in ipso, et ipse in nobis : ut non sit aliud extra ipsum, in

Rursus tercio, videmus quod omnis forma substantialis spernit medium [1], et sine medio afficit omne quod informat et cui esse suum et operacionem communicat.

---

1 substantialis || specialis *C*. — 2 omne || esse *C*.

---

quo beatificemur, sicut aliud esse non potuit praeter ipsum, a quo crearemur. » Lib. II ; *P. L.*, t. CLXXV, col. 955. Voir aussi, lib. V, *ibid.*, col. 1012-1013.

ALBERT LE GRAND reprend le premier texte d'Hugues de Saint-Victor, dans sa *Summa Theologica*, II P., tr. XVI, q. XCVIII, memb. 1 ; éd. BORGNET, t. XXXIII, p. 224 A, en y ajoutant le texte de s. Augustin, que cite aussi maître Eckhart : « Hoc etiam confirmant per dictum Augustini in libro I *Confessionum*, qui sic dicit : Fecisti nos Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. »

1. S. THOMAS, en parlant du mouvement instantané des anges, conclut par ce principe général : « et ideo inter duo extrema non cadit medium, sicut nec inter tempus et nunc. » *Comm. Sent.*, lib. I, Dist. XXXVII, q. IV, a. 3. Les applications et les différentes formes de ce principe, sont nombreuses :

a) Inter mentem nostram et Deum non est medium. Prenant occasion du texte de s. AUGUSTIN, XV *De Trinitate*, in principio: « inter animam nostram et Deum nihil creatum cadit medium », s. THOMAS précise ce qu'il faut entendre par ce contact immédiat entre l'âme et Dieu : «... Inter mentem nostram et Deum nihil cadit medium nec per modum efficientis, quia immediate a Deo creatur et justificatur ; nec per modum objecti beatificantis, quia ex ipsa Dei fruitione anima fit beata ; potest tamen aliquid esse medium formale, quo anima Deo assimiletur », *De veritate*, q. XXVII, a. 1, ad 10um. — Et dans la *Quest. disp. de Anima*, a. 7, ad 11um, il dit encore : « Augustinus non intelligit nihil esse medium inter mentem nostram et Deum secundum gradum dignitatis et naturae, quia una natura non sit alia nobilior ; sed quia mens nostra immediate a Deo justificatur, et in eo beatificatur. »

Voir aussi ALBERT LE GRAND, *Comm. Sent.*, lib. II, Dist. XXVI, a. 1, Tertia via, n° 2 ; éd. BORGNET, t. XXVII, p. 443, 445. ALBERT explique ainsi le texte de s. Augustin : « Dictum Augustini intelligitur, quod nulla substantia et creatura sistens animam citra Deum, cadit media ; sed forma quae elevat ut sine medio sistente conjungi possit, illa bene cadit media, ut gratia et gloria. »

b) Inter formam et materiam, non est medium. Voir s. THOMAS, *Comm. de anima*, lib. II, lect. I, in medio et in finem ; *Comm. Metaphys.*, lib. VIII, lect. V ; *Quest. disp. de anima*, a. 9 ; *Comm. Sentent.*, lib. III, Dist. II, q. II, a. 2, quest. 1 : « Sciendum est, quod in unione humanae naturae ad divinam nihil potest cadere medium formaliter unionem causam, cui per prius humana natura conjungatur quam divinae personae, sicut enim inter materiam et formam nihil cadit medium in esse quod per prius sit in materia quam forma substantialis ». C'est toute la question de l'unité des formes substantielles qui est ici en jeu.

c) Inter substantiam et accidens non est medium. Voir s. THOMAS, *Comm. Metaphys.*, lib. XI, lect. XII : « Unde alii dixerunt, quod calor et frigus non sunt formae substantiales ignis et aquae, sed tamen eorum formae substantiales : sunt contrariae, et recipiunt magis et minus, et sunt quasi mediae inter substantiam et accidens. Sed hoc omnino irrationabiliter dicitur. Nam, cum forma sit principium speciei, si formae ignis et aquae non sunt vere substantiales, neque ignis et aqua sunt verae species in genere substantiae. Non est igitur possibile quod inter substantiam et accidens sit aliquod medium : tum quia sunt diversorum generum, inter hujusmodi autem non cadit me-

Adhuc [1] autem quarto notandum, quod contra racionem medii est quod in ipso aliquit sileat aut quiescat. Oportet ergo exuere, cedere, silere et quiescere ipsam racionem medii, ad hoc quod anima in Deo quiescat ; et hoc est quod cantat Ecclesia : « *Dum medium silencium tenerent omnia* », id est : dum omnia tenerent ipsum medium, et omne medium silencium, id est silens. Medium enim, ut sic, silencium est, exuta iam racione medii, sicut multa et omnia unum sunt in uno et in Deo, Tob. X. [v. 5] : « *omnia in te uno habentes* » et Apostolus ait : « *erit Deus unus in omnibus* », Cor. [2].

---

3 cedere *om E.* — 5 omnia *om E.* — 7 silens || similes *C.* — 8 est *om C.* — 8 omnia *om E.* — 10 in *om E.*

---

dium... tum quia etiam definitiones substantiae et accidentis immediatae sunt. Est enim substantia ens per se ; accidens vero ens per se non est, sed in alio. »

1. Eckhart veut expliquer ce texte : dum medium silencium tenerent omnia = pendant que tout était plongé dans le plein silence. Au lieu de considérer le terme *medium* comme un adjectif, Eckhart en fait un substantif, et l'interprète dans le sens d'intermédiaire. Et voici la progression de sa pensée :

A. On ne peut se reposer et trouver le silence, dans un intermédiaire. Il y a contradiction entre la notion de repos et celle de *medium*, d'intermédiaire, de milieu. L'intermédiaire, le milieu, est un trait d'union, une voie, et c'est dans la fin seule qu'on peut se reposer.

B. Pour que l'âme se repose en Dieu, il faut donc nécessairement que tout intermédiaire disparaisse et se taise.

C. C'est pourquoi l'Église chante : dum medium silencium tenerent omnia. C'est-à-dire :
a) Quand tout était dans l'intermédiaire, occupait le milieu : dum omnia tenerent ipsum medium.
b) Quand cet intermédiaire lui-même était absorbé par le silence, était silencieux : dum medium teneret silencium, id est silens.
Ces deux étapes, pour ainsi dire, sont nécessaires, et la seconde s'impose. Car si l'intermédiaire n'était pas silencieux, c'est-à-dire exerçait sa foncion propre d'intermédiaire, il ferait écran entre l'âme et Dieu.

D. Le *medium*, l'intermédiaire, est silence, à condition, précisément, de perdre ce qui le caractérise en propre. C'est le cas du multiple par rapport à l'Un. La multiplicité et l'intermédiaire peuvent en effet être envisagés à deux points de vue :

a) En eux-mêmes. En lui-même, l'intermédiaire s'oppose au silence, comme la fin et les moyens. On ne se repose pas dans les moyens, mais seulement dans la fin. De même le multiple en lui-même s'oppose à l'Unité.

b) Dans leur relation au silence et à l'Un. Le multiple s'unifie dans l'Un. Absorbé par l'Un, il perd son caractère de multiple. De même, absorbé par le silence, l'Intermédiaire, le medium devient silencieux : dum silentium tenent medium.

1. Voir I *Corinth.*, VIII, v. 4 : « nullus est Deus nisi unus » ; ou, *ibid.*, v. 6

Ultimo notandum et advertendum est quod, in fiendo quidem et currendo requiritur medium, sed in essendo et in comprehendendo omne cedit, et silet medium. Hiis concordat illud Psalmi : « *tibi silens laus Deus* » secundum litteram RABY MOYSIS [1], ubi nos habemus : « *te decet ymnus, Deus* ». [Ps. LXIV, v. 1] Hinc est quod PHILOSOPHUS, secundo *De anima* dicit : « *si non esset medium, nichil videremus* ». [2] DEMOCRITUS vero ibidem dicit : « *si non esset medium, videremus formicam in celo* » [3]. Et hoc ipsum satis innuit hec littera dicens primo : « CUM QUIETUM SILENCIUM CONTINERENT OMNIA » ; et secundo ait : « *In suo cursu iter medium haberet* » [Sap. XVIII, v. 14].

---

1 notandum et *om E.* — 1 est quod *om E.* — 3 in comprehendendo ‖ comprehenso *E C.* — 4 silens ‖ similes *E.* — 6 Deus *add C* tuus Syon. — 10 continerent ‖ contineret *C.* — 11 iter medium ‖ medium iter *E.*

« nobis tamen unus Deus » ; ou, II *Corinth.*, V, v. 14 : « si unus pro omnibus mortuus est. »

1. MAÏMONIDE, *Guide des Égarés*, liv. I, ch. LVIII ; éd. MUNK, t. I, p. 252-25 ; éd. A. WEISS, *Mose ben Maimon. Führer der Unschlüssigen*, t. I, p. 207. Voir ms. B. N. 15973, fol. 40 v-1, 41 r-1 : « Finis autem eorum que dicuntur secundum hanc racionem est quod David dixit : Tibi silencium laus, id est, tacere laus tibi. » — Ce texte est cité par Eckhart dans son deuxième commentaire sur la Genèse, ms. 72 de Trièves, fol. 83 v-2

2. ARISTOTE, *De anima*, lib. II ; éd. Berlin, 419 a, 20: « Κενοῦ δὲ γενομένου οὐχ ὅτι ἀκριβῶς, ἀλλ'ὅλως οὐθὲν ὀφθήσεται = quare necesse est aliquid esse medium inter colorem et visum, quod si id vacuum fiat, non modo exacte, sed nihil omnino videbitur. »

3. Opinion rapportée par ARISTOTE, *De anima*, lib. II ; éd. Berlin, 419 a, 16 : Δημόκριτος οἰόμενος, εἰ γένοιτο κενὸν τὸ μεταξὺ ὁρᾶσθαι ἂν ἀκριβῶς, καὶ εἰ μύρμηξ ἐν τῷ οὐρανῷ εἴη = Democritus, qui quidem putat, si medium spatium vacuum fiat, formicam etiam si sit in celo, exacte perfecteque videri ». L'opinion de Démocrite s'oppose à celle d'Aristote. Le Philosophe, dans le texte rapporté ci-dessus, nous dit : s'il n'y avait pas d'intermédiaire, nous ne pourrions pas voir ; et Démocrite : s'il n'y avait pas d'intermédiaire, nous pourrions apercevoir une fourmi jusque dans le ciel. S. THOMAS, *Comm. de anima*, lib. II, lect. XIV a noté cette opposition : «... non bene dixit Democritus, qui opinatus fuit, quod si medium, quod est inter rem visam et oculum esset vacuum, quod posset aliquid quantumcumque parvum videri per quantamcumque distantiam, puta si formica esset in coelo. Sed hoc est impossibile. Oportet enim, ad hoc quod aliquid videatur, quod organum visus patiatur a visibili. Ostensum est autem, quod non patitur ab ipso visibili immediate, quia visibile superpositum oculo non videtur. Relinquitur ergo, quod oporteat organum visus pati a visibili per aliquid medium inter visibile et visum. Si autem est vacuum, nihil est medium, quod posset immutare et immutari. Relinquitur ergo, quod si esset vacuum, omnino nihil videretur. » — On croirait qu'Eckhart n'a pas vu nettement cette différence entre Aristote et Démocrite. Sa théorie du *medium* le rapproche davantage de l'opinion de ce dernier.

§ 2.

IMPERIUM PORTANS TUUM [v. 16].

Ibi habes quod imperare est solius Dei proprie, propter duo. Primo quia Deus non habet parem ; secundo quia ipse utpote unus vel unitas est impar, et in ipsc non est par. Ibi eciam habes plura de perfeccione imparis.

[E = col. 174] « IMPERIUM TUUM PORTANS ». Notandum quod signanter ait : « IMPERIUM TUUM ». Imperium enim proprie Dei est solius, propter duo ad presens. Primo quidem, quia Deus et hic solus non habet parem. Secundo,quia Deus est inpar, et par in ipso non est. De primo ait AVICENNA, ubi supra VIII *Metaphys.*, cap. V : « *primus non habet genus, nec quidditatem, nec qualitatem, nec quantitatem, nec quando, nec ubi, nec contrarium, nec diffinicionem, nec demonstracionem nec simile sibi ; et non est communicans ei quod est ab ipso* [1] ». Sic ergo non habet parem, ut dictum est primo.

Adhuc autem secundo : ipse Deus inpar est, nec est in ipso paritas et hoc est quod dicit AVICENNA, IX *Metaphys.*, in principio [2] : « *manifestum est quod universitas habet prin-*

2 portans ‖ potestas *E.* — 8 portans ‖ potestas *C.* — 8 tuum portans ‖ potestas tuum *C.* — 11 hic ‖ hoc *C.* — 12 *In marg. E :* Avicenna. — 18 autem *om C.*

1. AVICENNE, *Metaphys.*, tr. VIII ; éd. Venise, 1508, fol. 99 v-2 : « Jam igitur manifestum est quod primus non habet genus nec quidditatem nec qualitatem nec quantitatem, nec quando nec ubi nec simile sibi nec contrarium quod est altissimus et gloriosus, et quod non habet diffinitionem et quod non potest fieri demonstratio de eo ; sed ipse est demonstratio de omni quod est : imo sunt de eo signa manifesta. Cum autem designatur ejus certitudo non designatur nisi post unitatem per negationem consilium ab eo et per affirmationem relationum ad ipsum, quoniam omne quod est ab ipso est et non est communicans ei quod est ab ipso. Ipse vero est omne quod est et tamen non est aliquod ex his. »

Voir plus haut, p. 370, n. 1.

2. AVICENNE, *Metaphys.* tr. IX, cap. I ; éd. Venise, 1508, fol. 101v-1 : « Manifestum est nobis quod universitas habet principium, quod est necesse esse non contentum sub genere, nec sub diffinitione, nec subest demonstrationi, expers qualitatis et quantitatis et quidditatis, ubi et quando et motus, nec est aliquid simile nec communicans nec contrarium, et quod est unum qui intelligitur multis modis eo quod ipse est non divisibile nec in partes in effectu, nec in partes positione nec estimatione sicut continuum nec intellectu quasi essentia ejus sit composita ex intentionibus intelligibilibus diversis ex quibus provenit unum conjunctum : et

cipium, quod est necesse esse, nec est aliquid sibi simile nec communicans, eo quod ipsum non est divisibile in partes nec effectu, nec posicione, nec estimacione, nec intellectu, et ideo propter unitatem est inpar ». Racio est quia omne inpar ex sui racione et indivisibile est et unum. Par autem, e contrario, ex sui racione divisibile est et plura [1]. Deus autem unus est, et indivisibilis quomodolibet ; creatura vero et omne quod citra primum est, hoc ipso citra unum est, et plura, citra inpar et citra indivisionem est, et per consequens par et divisibile. De hoc satis loculenter habetur in commento ultimo *De causis* [2] ; ubi et hoc advertendum, quod apud arismeticos, ut ait MACROBIUS, loquens de perfeccione septenarii ait : « *inpar patris et masculi nomine vocari ; par vero matris et femine* [3] ». ALANUS eciam in tractatu suo *De arismetica* sic ait :

« *Quo iuris merito, vel qua racione vocetur,*
femina par numerus, inpar mas ; virgo Minerva,

---

1 nec || non *C.* — 1 sibi simile || simile sibi *C.* — 4 unitatem || veritatem *C.*— 5 racione et *om C* et. — 6 *In marg. E :* de numero pari et inpari. — 7 quomodlibet || est quolibet *C.* — 9 est *om E.* — 10 loculenter || luculenter *C.* — 11 ultimo *om E.* — 13 *In marg. E :* Alanus. — 15 *In marg. E :* ubi *et post verbum illeg.* numero Deus impare gaudet. — 17 mas || masculus *C.* — 17 Minerva || mucerus *E.* — 17 *In marg. E :* par.

---

quod est unum inquantum non est communicans ei aliquid ullo modo in suo esse quod est ei, et ideo propter hanc unitatem est impar et est etiam unum. »

1. C'est la raison donnée par Avicenne à la fin du texte que nous venons de citer.

